[illegible]

Cronicon Burgundiense

8
3-E
11

7
1 D MI
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8.-3.E.11

81-3-8

81
E
8

8-6 E 24

RERVM
BVRGVNDIONVM
CHRONICON:

IN QVO etiam rerum Gallicarum tempora accuratè demonſtrantur: permulta autem pro vtriuſque Hiſtoriæ, necnon etiam Germanicæ notitia, dubia confirmantur, obſcura illuſtrantur, & ab aliis aut non animadverſa, aut non comperta enucleantur: non pauca verò quorum memoria penitùs interciderat, ex probatiſsimorum autorum libris nunquam antea editis & veteribus monimentis exhibentur.

EX BIBLIOTHECA HISTORICA
Nicolai Vignierij Barrenſis ad
Sequanam.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Baſileæ, per Thomam Guarinum,
M. D. LXXV.

ILLVSTRI AC POTENTI DOMINO ELEONORÆ CHABOT EQVITI torquato, Franciæ Archippocomo, Centum Cataphractorum Equitum Duci, Comiti in Charni & Buzençois, Domino & Baroni in Pagni, Anuoires, Raon, Guion, etc. Domino ſuo Clementiſs. Nicolaus Vignierius Barrenſis ad Sequanam D. M. S.

QVI *veram temporum obſeruationem rectámq; rerum geſtarum ſeriem in hiſtoria non admodum magnifaciendam putant, perinde mihi facere videntur ac qui egregiè fabrefactas ædes non pluris, quàm indigeſtam lignorum lapidúmq;, aut alterius materiæ ex qua componerentur congeriem æſtimant, vel ex ſpeculo vſum aliquem, aut ex præſtanti aliqua pictura delectationem in obſcuriſſimis tenebris expectant. Siquidem Hiſtoriæ tempus & ordinẽ adimere, eſt illam ſua luce, concinnitate & fide, fructu denique omni qui ex illa percipi debet omnino ſpoliare. Ea de cauſa cùm in per voluntandis Hiſtoricorum Gallicorum ſcriptis, fluctuantia incertáque tempora in illis paßim deprehendiſſem, inconſtantem verò perturbatámque & multis erroribus vitiatam tum annorum rationem, tum rerum geſtarum ſeriem, idque vel veterum autorum inter ſe diſcrepantiis & oſcitatione, vel fœdißimis librariorum mendis, vel temporum iniuria, vel antiquarum Hiſtoriarum miſerando certè caſu, cùm magna pars illarum interciderit, nec niſi laceras, mutilas aut deprauatas quæ nobis ſuperſunt habeamus: nullum autem in tanta erudiȩißimorum hominum multitudine, qui hoc polito ſeculo in gallica antiquitate inſtauranda omnes ingenij induſtriæ'ue ſuæ neruos intendunt, de tempore atque ordine in Gallica Hiſtoria conſtituenda cogitare adhuc audirem. incredibili ſanè ſtudio incitatus ſum ad probationem aliquam ingenij diligentiæq; meæ, in veritate rectáq; illorum ratione in veſtiganda & inquirenda faciendam: vt ſi quid (quantumvis exiguum ac nihilum) ex eo conatu conſequerer, oleum operámque in eo me perdidiſſe nunquam pœniteret. quandoquidem nihil vnquam in tota hominum vita præ-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

clarius eſſe duxerim, quàm de hominum genere, maximè verò de patria ſua quoquo modo benemereri: bene merendi autem ratione͂ & vim non magis in perficiendo (cuius rei facultas non ſemper adeſt) quàm in animi quadam propenſione & recto ſtudio poſitam intelligam. Verumtamen deſiderio meo ſatisfacturum me ſatis ſperabam, ſi totum illud ſtudij diligentiæq; meæ in illo opere (quod exemplo Diod. Sic. Bibliothecæ hiſtoricæ titulo nuncupare ſtatui) tantummodo præſtarem: in quo ex omnium Hiſtoricorum tam veterum quàm recentiorum ſacrorum profanorúmque ſcriptis, atq; etiam ex omnium nationum Chronicis, Annalibus & Faſtis, quæ à me legi vel intelligi, aut ad manus meas pervenire potuerunt, Vniuerſitatis Hiſtoriam ab orbe condito, vſque ad noſtra ſecula, ſecundum temporum annorúmque ſeriem atque ordinem, vernacula noſtra lingua, per annos circiter tredecim, infinito labore atque diligentia concinno: non diffuſa quidem continuáque narratione qua rerum locorúmque ac perſonarum momenta ponderantur (quod Tullius & Verrius ille Flaccus apud Gellium Hiſtoriæ proprium eſſe putauerunt) nec etiam illa ſimplici ac nuda breuitate, quam Chronographi ex profeſſo affectare videntur, ſed medio quodam ſcribendi genere, cui ſe Annalium confectores addicere magis à Gellio dicuntur, qui res geſtas & quo anno quóve tempore geſtæ ſunt, ſine vllis ornamentis, & abſque anxia cauſarum diſquiſitione (quam tamen non vbique negligo) breuiter quidem, ſed aliquanto vberiùs quàm poſteriores tantummodo exponunt. Tametſi me non omnibus quæ ex autoribus excipi potuerunt ſcribendis obſtrinxerim, ſed iis tãtùm quæ præcipua & ſcriptione digniora viſa ſunt, aut quæ ex vaſto illo tot autorum ſcriptorúmque Oceano, immenſo diuturnóque labore hauriri potuerunt, ab eo præſertim qui aliis occupationibus & ſtudiis diſtrictus eſt. Nempe res per totũ orbem memorabiliores geſtas populorum, Regnorum, Imperiorũ, ac Rerumpubl. maximè illuſtrium, quarúmq; prodita ſunt initia, incrementa, ſtatus, converſiones, exitus, caſúſque celebriores qui illis contigerunt: necnon Religionis Chriſtianæ atque omnium aliarum (ſi tamen Religionis nomine dignæ ſint) quæ maximè claruerunt origines ac progreſſus: denique illuſtrium in quacunque re virorum ætates, artiúmque ipſarum inuentiones cum accurata omnium temporum (quantum fieri potuit) deſcriptione, annorúmq; ab iis principiis quæ apud illuſtriores quaſque nationes illuſtriora fuerunt (Æras Aſtrologi vocauerunt) exquiſita enumeratione: quos non ſolùm orbis & vrbis atque ætatum (quarum vſus apud Græcos ante Olympiades frequentior erat)

erat) conditione: ſed etiam ipſa Olympiade & Indictione, necnon Arabum Hegira (quod nullus adhuc ante me tentaſſe viſus eſt) definio. Nec etiam veterum Gallorum, Hiſpanorúmque conſuetudinem abſque examine prætermitto. Interim cùm Diuioni celeberrimo totius Burgundiæ Ducatus oppido ante duos annos agerem, antiquitatis Burgundicæ valdè ſtudioſi quidam viri, de re alioqui literaria totáque noſtra Repub. ac de me etiam priuatim multis modis bene meriti, crebris & beneuolis efflagitationibus à me contẽdere cœperunt, vt Burgundicam Hiſtoriam, quam me Bibliothecæ Hiſtoricæ operi ſtudioſè inſeruiſſe intelligebant, ſeparato ſcripto in Chronici ſeriem redigerem, & in publicum prodire ſinerem ante quàm Bibliothecæ Hiſtoricæ editionem, quæ nõdum eo tempore matura videbatur, in apertum proferrem. Quam rem cùm non ſolùm noſtratibus hominibus, ſed aliis etiam, maximè verò patriæ antiquitatis ſtudioſis, cùm gratam ac iucundam, tum vtilem facturum me deierarent, ſed etiam veterum tabularum, monumentorúmq; pluribus rimorum copiam ſe mihi præſtaturos pollicerentur, vnde commentationem noſtram rerum multarum hactenus mihi non ſatis compertarum nec exploratarum acceſſione locupletare ac exornare liceret, ego etſi meis viribus diffiſus, eximij aliquid in hoc literarum genere à me proficiſci poſſe planè deſperarem, illorum tamen autoritati amicitiæq; non morem gerere graue ſcelus eſſe ratus, non potui pudori meo quaſi vim non afferre, viriúmque ingenij in re quidem iis maiore grauioréq; periculum facere. Itaque totum illud otij quod mihi à priuatis ſtudiis atque occupationibus tunc dabatur, in concinnando hoc de Burgundionibus opuſculo collocare non dubitaui: in quo præſertim eadem de noſtris hominibus benemerendi occaſio ac in Vniuerſa Hiſtoria proponebatur. Quod etiam effecit vt res Francicas ſimul annectere auſus ſim, eáſq; paulò prolixius vberiúſque, ab eo præſertim tempore quo res Romana eluuione illa barbararum nationum vndique concuſſa in Occidente conuelli ac concidere cœpit, ad Hugonis Capeti vſque ætatem, pertractare, cùm quòd rerum quæ de Burgundionibus literis proditæ ſuperſunt ante Caroli Craſſi Imper. obitum (qui ex humanis anno circitèr 887 exceſſit) tanta ſit paucitas, vt ſi ſolæ exhibeantur, parum gratiæ apud auditores habituræ ſint, & quòd Regni Burgun dici ſtatus (poſtquam Clodouei Magni ſoboles illud ſui iuris effecit) idem fuerit qui aliarum prouinciarum, quæ Francorum imperio ſubditæ fuerunt: tum quòd illo interuallo Hiſtoriæ Gallicæ tempora magis obſcura et incerta, quàm à Capeto ad recentiora ſecula, rerum verò geſtarum ſeries magis perturbata

*& confuſa viſa ſint. Plura autem in rebus ipſis non adhuc animaduerſa nec
ſatis comperta, quæ ſua dignitate ſtudioſa anquitatis ingenia in ſui conſidera-
tionem contemplationémq; inuitant: quorundam verò memoria veterum hi
ſtoriarũ amiſsione, vel defectu penitùs obliterata: vt erant ea quæ de rebus in
Gallia geſtis ab anno 918. ad 966 hîc adiunximus ex Annalibus quibuſdam
Remenſibus, quorum autor fuiſſe quidam Flodoardus Eccleſiæ Remenſis Ca-
nonicus illorum temporum æqualis videtur, idq; D. Begatij in ſenatu Diuio-
nenſi quondam Præſidis, viri eruditiſsimi & totius antiquitatis conſultiſsimi
dum viuebat, autoritate & conſilio: qui ſua diligentia illos à ſitu & à tineis
primus vindicauit & in lucem reuocauit. Id quod nec diſsimulare potui nec
debui, quandoquidem benignum & plenum ingenui pudoris ſit, fateri per
quos profeceris, vt magnus ille Plinius dixit: è diuerſo obnoxij profectò animi
& infelicis ingenij, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere, cùm
præſertim ſors fiat ex vſura. Tametſi autem præcipua ſententiæ meæ in hoc
opuſculo ſumma fuit, non ſolùm Burgundionum originem & res geſtas, mu-
tationéſq; & viciſsitudines, quæ in Regno ab ipſis in Galliis cõſtituto & nun-
cupato poſt annum potiſsimùm 888 contigerunt. Illo enim tempore, labaſcen-
te Regum ex Caroli Magni agnatione in Galliis maieſtate, Burgundiæ pars il-
la quæ eſt cis Ararim, quam inferiorem antiqua monimenta appellant Duca-
tum efficere cœpit. In Lugdunenſi verò atque Arelatenſi Burgundia, Boſone
autore, & in Tranſiurana Rodolpho Conrardi filio duo regna conſtituta, quæ
in vnum tandem coaluerunt, ex cuius poſtea diſſolutione Comitatus Burgun
diæ ſuperioris, Moriennæ ſiue Sabaudienſis prouinciæ, Arelatenſis atq; Vien-
nenſis ſiue Delphinatus, emerſerũt. Neç longo ab iis interuallo Ducatus Bur
gundiæ minoris, quam Vchtlandiam vocant, cuius poſſeſsione cùm Zeringen-
ſium principum familiæ ſucceſſores excidiſſent, quorundam Helueticæ confœ
derationis pagorum patria & prouincia ad noſtra vſq; ſecula factus eſt. De-
niq; etiam quæ in tota Gallica hiſtoria memoria digniora viſa ſunt, ſupra an-
num milleſimũ repetita compendioſe & Annalium more non tantùm com
prehendere, eáq; omnia ita præſtare, vt vnà veluti ex tabella depicta ſpectari
commodè poſsint ſtudui, ſed etiam vt rectam temporum annorúmq; Gallico-
rum rationem, verúmq; & diligentem rerum geſtarũ ordinem quoad poſſem
proponerem. Conſultò tamen non pauca ſunt à nobis addita, quæ rerum ſeriem
non modò nõ interrumpant, ſed etiã exornent. ſiquidem ſi quid in antiquitate
Gallica me animaduertiſſe & deprehendiſſe, quod luce & enodatione adhuç*

indi-

indigere videbatur, vel ſupplendũ eſſe quod deerat putaui, id ex ingenio meo, vel ex coniecturis, vel ex veteribus tam qui extant quàm qui nõ extant libris, ſuis locis inſerui. Multas autorum Gallicorum tam de rebus, quàm de temporibus controuerſias & diſcrepantias conſtitui, nonnullas ex codicibus illorum labes ac maculas detergens, quoſdam verò obſcuriores locos, vt percipi faciliùs queant, effeci. Incuriam deniq; & oſcitantiam illorum in ſcribendo, non ſemel deprehendi. Poſtremò vt omnia quæ hîc continentur, certiora exploratioráq; prodeant, & omnibus magis probata, adiungere non ſolùm omnium eorũ rationem viſum eſt, verumetiã ſuis hiſtoriis ſingulos autores aſcribere, vt ſciamus quid cuiq; acceptum referri debeat, atq; etiam veterum ſchedarum, tabularum, actorum publicorum & diplomatum, necnon eruditiſſimorum hominum teſtimonia, ad vnamquamq; rem confirmandam ſubnectere: breuitati alioqui in iis perſcribendis quantum potuimus, potiùs quàm verborum apparatui & elegantiæ aut copiæ ſtudentes, tum quòd pleniorem hiſtoriam ſcribere non inſtituimus, & quòd ratio hæc mihi viſa commodior eſt, tum quòd ab oſtentatione ſemper abfui: quæ cùm in omni re ſemper odioſa ſit, tum in paruis odioſiſſima eſſe ſolet. Alioqui tantis difficultatibus quibus hodierni temporis procella nos agitat: deinde ſtudiis & occupationibus tam diuerſis diſtrahimur, vt copiæ atque elegantiæ ſimul & rerum diſquiſitioni commodè vacare non liceat. Quinetiam multa eſſe me non latet quæ breuitate commendatiora ſunt ſua. Atq; in eo lectores eò æquiores mihi futuros arbitror, quo maturiùs illos dimiſero, properantes videlicet, & in hæc (vti ex iuſto itinere viatores) otij cauſa diuertentes: tametſi res interdum non deſint quas copioſiùs attigi, quæ ſcilicet aut ignoratæ ab aliis, aut non rectè explicatæ videbantur, aut prætermiſſæ erant. Illud interim apud omnes teſtatum eſſe velim, nihil à me gratiæ, nihil odio datum. Ipſa veritas à me tantummodo ſpectata. Aequiore igitur animo has ingenij noſtri primitias noſtrates homines accipere debent, quo patriæ antiquitatis illuſtrandæ tantummodo ſtudio proferuntur: cùm ſi magis quod in his efficere volui quàm quod aſſecutus ſim ſpectandum ſit, ipſa pietatis profeſſione vel commendatione vel excuſatione dignæ videantur.

Qua ſpe etiam tãto confidentius (Heros clementiſſime) eaſdem tuo nomini maximo atque ampliſſimo inſcriptas, quaſiq; conſecratas in publicum proponere auſus ſum (tametſi tibi nec nomine nec vllius meriti aditu adhuc notus) vt tuis auſpiciis atq; patrocinio, qui Burgundiæ regiæ (à qua ſplendorem nobilitatémq; natalium tuorum ſumſiſti) cum ſummo imperio & poteſtate

præes, & Burgundicæ nobilitatis antiquum decus ſuſtines ac tueris, tutiùs in manus hominum perVenire poſſint, nil moratæ delicatorum & moroſorum cenſorum obtrectationes, qui indignum eſſe fortè cenſebunt, tantæ dignitatis & autoritatis Viro, incultis & ſolutis iſtis atq; marcidis obſtrepere: quandoquidem mihi in mentẽ Venerit Samiis capeduneulis, farre & mola non minùs quàm hecatombis eſſe diis aliquando libatum. Te Verò etiam ſcio maxima humanitate & ſuauiſſimis moribus natũ eſſe, Vt qui in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendiſq; facilem prabere te ſoleas, nulliúſq; inopiam ac ſolitudinem non modò nullo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidem tua excludi Velis. Deniq; cùm in ea dignitate, quæ non fortunæ aut nobilitati maiorum tuorum, ſed pudori, probitati, clariſſimis tuis & maximis Virtutibus delata eſt, ſic te geras, Vt omnes intelligãt nihil antiquius tibi eſſe, quàm ſaluti, commodis, Vtilitatibúſq;, nec non etiam ornamentis & honori patriæ tuæ, populiq; tibi commiſſi inſeruire: cúmq; talem te præſtes, dum admirabili animi conſtantia, moderatione, integritate, abſq; Vllius odio Vel metu, in æqui rectiq; tramite incedis, Vt (quod in hoc ferreo ſeculo penè incredibile atq; inauditũ Videri poteſt) tibi contigerit toto tuo imperio nihil acerbum, nihil crudele, ſed omnia plena clementiæ, manſuetudinis, et humanitatis fuiſſe: ſic etiam nos ſperare feciſti non modò te his non offenſum iri, Verùm etiam animum ſtudiúmque eius à quo profecta ſunt probaturum, qui Vt parem amplitudini tuæ & meritis honorem deferre non poteſt, ita debiti officij Voluntatem eo quo poteſt officij genere teſtari, ſuæq; in te obſeruantiæ documentum ad poſteritatem (quandiu extabit) conſtituere cupiuit.

BVRGVN-

RERVM GESTARVM BVRGVNDIONVM CHRONICON.

Burgundionum antiquus ſtatus.

BVRGVNDIONVM nomen gentémq; à Germanis oriundam eſſe, vel ipſius Plinij teſtimonio notiſsimum eſt. Cùm enim quinq; Germanorum genera ſtatueret, quorum Vandali primi ſunt: Burgundiones partem illorum extitiſſe recenſuit. Nihilominus non ſolùm nominibus, ſed Imperiis etiam gentes diſtinctas fuiſſe non abſurdum eſt exiſtimare, quibus cum pluri-mis aliis nationibus accidit, vt partim à Ducibus, partim à ſitu locorum, partim à prioribus incolis, denique à ſtudiis, habitu, vel eventu aliquo noua nomina ſumpſerint. Ideo conſtans (licet ex Oroſij ſolius teſtimonio) fama huc vſque invaluit, eos à Burgis (qui limitum caſtella Romano ſermone deſignant) Auguſti principatu appellationem fuiſſe conſequutos, cùm à Druſo & Tiberio ipſius Auguſti adoptiuis filiis, poſt ſubactam interiorem Germaniam, per caſtra diſtributi in magnam gentem coaluiſſent. Ex quo licet Burgundionum nomen non vetuſtius eſſe, quàm quod ætate Auguſti natū editúmq; fuerit intelligamus: nihilominus id gentem vetuſtiſsimam ac (vt cum Rhenano loquar) ex terra ortam eſſe non impugnat. Nominis enim nouitas gētis vetuſtatem non improbat. Præter id verò, nihil eſt quod de Burgundionibus ante Decij ſiue potius Galli & Voluſiani Impp. tempora (quod ſciam) antiquius recenſeri poſsit. Quæ enim Romani ſcriptores, nempe Trebellius Pollio, Sext. Aurelius, Eutropius atq; Zonaras ſub iis cōtigiſſe à Scythis (quos etiam ſolummodo Gotthos appellant) Romano Imperio enarrant: qui occaſione bellorum ciuilium quibus Romana Reſpubl. grauiter conflictabatur, Decio cum duobus Philippis de principatu inter ſe contendentibus Iſtrum traiecerunt & in Romanas provincias innumero agmine ſeſe effuderūt, Deciúmq; ipſum cum filio ſibi occurrētes cruēto luctuoſóq; prælio (quo Romana militia cladem ingentem paſſa eſt) trucidarunt: tantúmq; terroris inde Romanis incuſſerunt, vt nullus extiterit qui per binos annos illorum furori ſeſe opponere auſus ſit, adeo vt tandem cùm liberrimè atq; impunè per Myſiam, Illyricum, Thraciam, Græciam, Macedoniā, Theſſaliámq; evagarentur, ipſos Gallum & Voluſianum Impp. tributo annuo denariorum centum (quod primū Po. Ro. hoſti perſoluiſſe traditur) ſecum paciſci coëgerint, quò pacatiores in ſuas ſedes remigrarent. Ea Zozimus auctor Græcus non adhuc vulgatus lib. 1. ſuæ Nouæ hiſtoriæ non ſolis Gothis, ſed etiam Boranis, Carpis atq; Burgundis aſcribit, quos etiam ſub Gallieno & Valeriano Augg. Italiam atq; totam Illyridis oram rurſus vaſtaſſe recenſet. Si tamē ſunt Burgūdi, quos ibi οὐρουγοῦνδοι, errore fortè librariorū, nominat.

Nec enim alios intelligere voluiſſe ex eo mihi facilè perſuadeo, quòd omnes illas gentes Iſtri accolas fuiſſe eodem loco expreſſè ſtatuat: & id cum iis quæ de Burgundionum ſedibus poſtea commemorabimus pulchrè conſentiat. Attamen integro & genuino Burgundionum nomine nunquam non alibi vſus eſt: maximè verò in Probo Imperatore, quem cum numeroſa Burgundionum atq; Vandalorum multitudine prælio decertaſſe tradit. atq; hunc ſcrupulum mihi ipſi faciliùs certiúſve fortaſsis adimere potuiſſem, ſi Zozimum ipſum oculis propriis perluſtrare, vel plures ipſius codices inter ſe conferre licuiſſet: quandoquidem id totum acceptum habeo Franc. Pithœo miræ eruditionis iuueni mihi amiciſsimo, qui ex vnico vetere exemplari manuſcripto excerptum ad me tranſmiſit. Sed qui Burgundos Auguſti ætate è ſuis ſedibus migraſſe, & ad 80 armatorum millia Rheni ripas inſediſſe, mòx à Druſo Tiberióque repulſos, & extra vrbes munitáq; loca diſsipatos fuiſſe ſcripſerunt, autorum dicta magno errore confudiſſe, aut illorum mentem non rectè aſſecuti fuiſſe videntur. Nec minùs temerè quæ à Velleio Paterculo lib. 2. de Rhetis & Vindelicis tradita ſunt (vbi eos à Tiberio & Druſo non ſolùm multis vrbium & caſtellorum expugnationibus, ſed directa quoq; acie feliciter perdomitos ſcribit) Vandalis & Burgundionibus cōvenire, & Vindelicos tunc Burgūdiones vocitatos fuiſſe, q̄ in ipſorū agro tū vulgò habitarent, contendunt. Interim cùm ab Auguſti ſeculo ad Galli & Voluſiani tēpora, nulla Burgundionū in Romana (quæ adhuc ſupereſt) hiſtoria penitùs extet memoria, veriſimile eſt eos in illa loca ſeceſsiſſe, vbi nullā Romanis ſcriptoribus de ſe ſcribēdi materiā per tot ſecula præbere potuerint, niſi fortè alio quàm Burgundionū nomine innoteſcere voluerint, aut res eorū, cùm parū fortunati eſſent, in obſcuro tandiu latuerint, ſicvt ſolent eſſe eorum qui non florent. Germaniæ tamen incolas non ſemper fuiſſe, ſed extremas Septentrionis oras Scythiámque ipſam longo tempore incoluiſſe, Gothiſq; ſeſe permiſcuiſſe, aut eos ſaltem vicinos habuiſſe, non pauca veterum teſtimonia declarant. In quibus eſt præter Zozimi ſuperiorem declarationem illud Sidonij Apollinaris ad Maiorianū, qui eos inter extremos Septentrionis populos recenſet. Deinde Agathij lib. 1. qui Gothicam ſobolem eſſe prædicat, atq; alio loco à Scythis & Hunnis deduxit, ſi ſint quos Burguziones vocat, ſedéſq; circa Mæotidem paludem habuiſſe, ibíq; ad Leonis Imperatoris tēpora celebres permanſiſſe tradit. Id quod etiam minimè diſſentaneum eſt ab iis quæ lib. 3. de Gothorum multigenis gentibus diſſerit: cùm potiſsimas illarum & maximas omnium Gothos, Vandalos, Vuiſigothos & Gepedes, eáſq; nominibus ſolummodo inter ſe differentes fuiſſe aſſeuerat, eo quòd omnes candore & proceritate corporum inter ſe ſimiles eſſent, cæſariem flauam geſtarent, aſpectus decore præſtarent, atq; etiam legibus, inſtitutis & lingua eadem vterentur, Religionem Chriſtianam iuxta Arrianorum interpretationem profitentes. Ex quibus cùm nihil omninò ſupereſſe videretur, propter quod ex vna eadémq; gente oriundos eſſe dubitari poſſet, nominum varietate à ſuis Ducibus ſeſe tantummodo diſtinxiſſe concludit. Veruntamen

men nonnullos ex iis loca quæ ſupra Iſtrum ſunt iamdudum incoluiſſe: Vandalos autem circa Mæotidem conſediſſe. Quod quidem Procopius tum contigiſſe indicat, cùm Gothorum & Gepidarum iniuriis exagitati, ſed potentia impares, nihil potius habuerunt, quàm à vicinia illorum ſeſe ſubducentes in Scythiam migrare, ſedeíq; manſuetiores ad Mæotidem ſibi ſtatuere. Ex quo ſi Conſtantini Magni Imperatoris permiſſu, Pannoniam etiam incolere illis aliquando licuerit (quod Iornandem & Rodericū Toletanum aliáſq; veteres Gothorum hiſtorias conſtāter affirmare video) id non poteſt niſi de aliqua gentis parte, potiùs quàm de tota intelligi. Interim ex teſtimoniis commemoratis intelligimus Burgundiones, ſicut & alias Gothicas gentes, Scythiā aliquando inhabitaſſe: ibi verò Gothorum violentiam iniuriáſq; non mitiùs quàm Vandali expertos fuiſſe, Iornandes imprimis teſtis eſt, qui à Gepidis, gente Gothica, quo tempore cum Rege ſuo in cupiditatem promouendorum ſuorum finium ſeſe erexerant, ideóq; libertati vicinorum ſuorum infeſti erant, internecione penè deletos fuiſſe narrat. Ideo Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum Auguſtum circa ipſius & Diocletiani tēpora, nēpe poſt Chriſtū natum 280. à Gothis penitùs victos & exciſos fuiſſe ſedibúſq; ſuis eiectos addit: adeo vt licet Alemani pro illorum defenſione reſtitutioneq; arma ſumpſiſſent, nihilominus tamen illis in Germaniam neceſſariò migrandum fuerit: vbi cùm aliquandiu ſedis inopes vagati eſſent, ab ipſiſmet Alemanis tandem ſedes in agro illorum vi ferróq; extorquere auſi ſunt, tametſi id nec impunè, nec abſque multo ſuo ſanguine conſequuti ſint. Ob id nec ſe inde extrudi (cùm id Alemani totis viribus non ſemel contenderent) nunquam poſtea paſsi ſunt. Sed cùm neceſſariò tolerandi eſſent, conveniſſe tandem vtramque gentem inter ſe veriſimile eſt, vt illic vnà ſedes retinerent, quanquam limitibus diſtinctas. Siquidem ex Ammiani Marcellini lib. 18. edocemur, Burgundiones eam Germaniæ regionem occupaſſe, cui Capellatij vel Pallas nomen erat, vbi terminales lapides Alemanorum & Burgundionum confinia diſtinguebant. Capellatus verò hodie Comitum Palatinorum ditio eſt, circa Heidelbergam, quam Palatinatum alii Pfalziam nuncupant. id quod à Procopij & Agathij ſententia minimè alienum eſt, qui Burgundiones ad Notum ventum in Germania inſediſſe, Thuringos autem ad orientem ſolem affirmant. Quo autem autore Auentinus ſcribere auſus ſit, partem Burgundionum à Galerio Maximiano Auguſto inter Nigrum & Rhenum flumina diſtributam fuiſſe, cùm illi in Gallias, Rhetias & Vindelicum cum aliis Germaniæ populis irrupiſſent, atq; iterum aliam illorum manum, cui Viſomarus rex præerat, per Criſpum Conſtantini Magni Imperatoris filium ad Rheni Danubiiq; ripas tranſlatam fuiſſe, aliam verò partem Sueuiæ occupaſſe, mihi adhuc conſtare non potuit. Cæterùm violenta illa Burgundionum in Alemanorum agros irruptio tantam inter illos diſcordiarum molem peperiſſe videtur, vt ad Valentiani prioris vſque principatum perpetuas inde ſimultates traxerit. Id enim ipſiuſmet Marcellini lib. 28. locus exprimit, vbi pro Salinis & cōfinibus perpetuam fuiſſe

Burgundionibus cum Alemanis contentionem declarat. Quæ cùm Valentinianum Auguſtum non lateret, nec etiam ipſe ignoraret Burgundiones in Romanorum amicitiam propenſiores, quòd inveterata quadam opinione ſe eadem cum Romanis origine ſatos eſſe prædicarent, conſtaret autem gētem tunc eſſe validam atq; bellicoſam, multitudine ſua infinitam, viciniſq; ſuis formidabilem: ideo ſibi ex vſu eſſe intellexit, illos & Alemanos (quorum & Macriani illorum Regis inſolentiam Romanorum rebus indeſinenter infeſtam coërcere cumprimis percupiebat) inter ſe committere. Itaque fœdere per ſecretiores internuncios cum Burgundionum Regibus inito, cōſtitutus eſt locus ac dies, ad quem Burgundionum copiæ Romano exercitui occurrentes, iunctis viribus Alemanos aggredi deberent. Sed cùm ad condictum Burgundiones lectiſsimas inſtructiſsimáſque copias (quæ Romanis ipſis adhuc imparatis formidinem incuſſerunt) eduxiſſent. nec Romanus Imperator, nec aliquis ab eo exercitus vllibi compareret, tandiu ad Rheni ripas quid ſecum pro conventionibus agi deberet præſtolati ſunt, quoad ſibi fucum factum eſſe omnino intellexerunt. Ob eam cauſam trucidatis omnibus quos penes ſe habebāt captiuis, indignabundi ſeſe in ſuas ſedes tandem receperunt. Porrò cùm nihil aliud toto Valentiniani principatu cum Burgundionibus à Romanis actum Ammianus commemoret: temere planè ab Oroſio & P. Diacono ſcriptum confitendum eſt: Burgundiones cùm ad 80. millia Rheni ripas inſediſſent, ab ipſo Valentiniano oppreſſos fuiſſe. Cæterùm quod de Burgundionum Regibus à Marcellino ſuperioribus adiectum eſt, ſilentio præteriri nefas eſſe videtur. Cùm enim eam gentē illo ſeculo Regum ſuorum (quos communi appellatione HENDINOS nuncupabant) imperio parêre iam aſſuetam fuiſſe explicet, obſeruatione dignum eſt, quòd illos deponere & abdicare ex vetere conſuetudine ſolerent, ſi quando rès illis parum proſperè in bello ſuccesſiſſet, aut tellus conſuetæ agrorū vbertati non reſpondens annonæ penuriam intuliſſet: Aegyptiorum opinione ducti, qui talia infortunia ob vitæ præfectorum ſuorum improbitatem atq; intemperantiam contingere credebant. Sed inter Sacerdotes & Sacrificos illorum, vnus ſupremum locum obtinebat SINISTVS vocitatus, cuius autoritas viciſsitudini atq; abdicationi minimè obnoxia ſicvt Regum erat, nec eam niſi morte deponere cogebatur. Iam quod de antiquo Burgundionum ſtatu rebúſque ab illis geſtis antequam in Gallias irrumperent dicamus, nihil præterea habemus, niſi ſi quod Auentinus recenſet omitti non debeat, eos ſub Gratiano Imperatore Chriſtum per Gothos Sacerdotes audire cœpiſſe, ſed Arriano delirio ſimul imbutos fuiſſe: ſub Valentiniano autem minore res nouas adverſus Romanos cum Francis moliri auſos fuiſſe. Siquid verò aliud præter ſuperiora à veteribus ſcriptis olim traditum fuerit, temporum infelicitate intercidiſſe dolendum eſt.

BVRGVNDIONVM E GERMANIA tranſitus, & in Galliis ſedes.

ARCADIO in Oriente & Honorio in Occidente, Augg. Theodoſij maioris filiis Romanum Imperium diuiſa ſorte obtinētibus inter Romanos Duces STILLICO ob rei militaris peritiam & laudem, dignitatis gradum primum tenebat. Quo nomine Theodoſius iam illi non ſolùm vtriuſq; militiæ Occidentalis curam præfecturámque commiſerat, ſed etiam generum ſibi, filio verò ſocerum aſciuerat. Hanc tamen de ſe opinionem cùm multis præclariſque pro nomine Romano facinoribus apud Honorium auxiſſet: fidei tandem ſuæ oblitus, cœpit de Occidentis Imperio in domum ſuam, ad Encherium filium ſuum, quibuſcunq; modis pertrahendo nefariè cogitare. Cùm verò id ſibi haud proſperè ſucceſſurum niſi perturbatis rebus intelligeret, Gothos Rhadagaſo & Alarico Regibus in Italiã, Vandalos autem (vnde oriundus erat) cum Alanis, Sueuis & Burgundionibus ad Gallias devaſtandas vltro exciuit. Quod ita ſucceſsit, vt Vandali è Pannonia (ſicvt plerorumq; fert ſententia) in qua per multos annos con ſederant, Modegiſillo Rege ſuo 26. annum illis iam imperante, populariter emigrantes, Alanos cum Rege ſuo nomine Roſopendial ſive Rapſendial, deinde Suevos (quibus Rex Hermenericus erat) ac Burgundiones Germaniæ tunc incolas, in eiuſdem fortunæ & armorum ſocietatem aſciuerunt. Polonicarum tamen rerum ſcriptores Vandalos è Polonia: Procopius autem & Agathius è Mæotide deducere maluerunt. quod ideo de parte tantummodo gentis B. Rhenanus accipiendum putauit, qui etiam Alanos Gothorum viciniæ pertæſos ſe huic expeditioni aſſociaſſe ſibi perſuaſit. Conſtat interim omnes eas gentes iunctis ſimul copiis, Rhenum traiicere, Galliáſque terrore adventus ſui complere cœpiſſe, prid. cal. Ianuarias eius anni quo Arcadius Aug. ſextum ſuum Conſulatum cum Probo geſsit, & Indictio quarta numerata eſt, vt ex Proſperi Aquitanici, Caſsiodori & Marcellini Comitis Chronicis notiſsimum eſt. Ex quo Sigiberti & aliorum computatio iure improbatur, qui hanc irruptionem in annum noſtræ ſalutis 411. referunt, cùm iuxta Conſularuum & Indictionum rationem in 406. inciderit. Cæterũ ex omnibus Hiſtoricis qui mihi adhuc occurrerunt, ſolus Auentinus in ſuis Boiorum Annalibus memoriæ prodidit, Burgundionibus Gallias ſubeuntibus, Gandericum Regem fuiſſe: cùm tamen omnes alij antè Gundiochum (qui aliis Gundicharius vel Gundenchus dicitur, & quem electum non ante annum 414. fuiſſe affirmant) nullum Regio nomine Burgundis præfuiſſe, in Gallia præſertim, crediderint. Quod tamen ſine admiratione verum eſſe non poteſt, quomodo in tanta rerum bene agendarum occaſione, Regio gubernaculo potiùs quàm ſocij ſui carere potuerint: cùm ſub Regibus propriis tempore Valentiniani prioris,

non plus quàm circiter 40. annos antè vixiſſe Ammianus Marcellinus doceat. Porrò etiam Vandalis præter Modegiſillum Regem, Ducem quendam fuiſſe Carocum ſiue Crochum nomine Aimonius lib. 3. cap. 1. & Sigebertus oſtendunt, qui conſilio matris, vt illuſtre ſibi nomẽ ad poſteritatem propagaret, famoſas celeberrimáſq; vrbes euertere ſtatuerit, adeo vt Moguntiacum nobilem ciuitatem primùm aggreſſus, captam immani rabie ſubuerterit, delatúſq; ad alias, Vangiones, Rhemos, Ambianos, Attrebates, Tornacum, Argentoratum, Nemetes, necnon Hæduos & Lingones, eadem calamitate affecerit. Extare enim iſtius eruptionis monumentum Lingonis audio, ſepulchrum nempe D. Martyris & Epiſcopi Deſiderij, ad illúdq; vetus eſſe ſodalitium è ciuibus Lingonenſibus & eius ciuitatis municipibus, qui quotannis hiſtoriam martyrij illius & depopulatæ vrbis ex veteribus commentariis recitant, Ducémq; obſidionis & calamitatis ſuæ Crocum vocant, nomine Caroci ſic fortè deprauato. quem nec etiam ſuæ immanitatis meritas pœnas effugiſſe recitant. victum enim eodem anno, captúmq; à Mario ſiue Mariano Arelatenſis vrbis præſide, ad cuius oppugnationem ſe contulerat, & fœdæ morti traditum cum ipſo Aimonio & Sigeberto affirmant.

Nec verò deſunt qui Francos in Treuiris locíſq; circumiectis à tribus annis confidentes, Vandalorum, Burgundionum ſociarúmq; gentium terrore perculſos, cùm ſe nimirum tot gentibus nequaquam pares eſſe cernerẽt, in antiquam patriam remeaſſe opinentur. quod tamen ſententiæ Autorum (quos Auentinum habuiſſe par eſt) non reſpondet, qui Francos iſtius irruptionis commigrationíſq; ſocios comitéſque fuiſſe prodiderunt: à qua Burgundicæ hiſtoriæ Regúmque & Principum qui Burgundionibus poſtea præfuerunt, tempora annóſque enumeranda eſſe meritò cenſemus. Hinc ex teſtimoniorum commemoratorum fide exordimur,

A Conſulatu Arcadij Aug. 6. cum Probo:
ſiue
ipſius Arcadij & Honorij Aug. X II.
Vrb. cond. 1157.

Ab anno Indictione IIII.
nati Chriſti CCCCVI.
Orbis conditi iuxta calculum noſtrum,
M.M.M.M. CCCLXXXIII.

Arca-

Anni Christi. | Anni Regum Burgund. | Anni imper. Occidentis.

ARCADIO Orientis
Imperatore Conſtan-
408 tinopoli mortuo Theo 2
doſius filius eius di-
ctus Iunior, Imperium
poſt illum capeſcit.

BVRGVNDIONIBVS in Gal
liis conſiſtentibus, Vandali corūq;
ſocij Alani & Suevi Gothorum (vt
aiunt) metu, in Hiſpanias cōtende-
runt, adeò vt illic pedem intuliſſe
Cal. Octob. huius anni Iordanes
409 apud Cuſpinianum, Conſulatu ve- 3
rò Arcadij 3. & Honorij 8. Augg.
Proſper & Caſsiodorus affirment.
Sed à limitum cuſtodibus repulſos
Sozomenes (aſſentiente Oroſio)
indicare videtur.

DISSIDIO inter Francos &
Vandalos ex præda exorto ſignis
collatis acie inter eos decertatū eſt:
410 tantis odiis vt Modegiſillus Van-
dalorum rex cum 20. ſuorū millibus 4
deſideratus ſit, Vandalorúmq; reli-
quiæ à Francis deleri potuerint, niſi
Roſopendial Alanorum rex, laben
tem eorum rem ſuo maturo adven-
tu non ſolùm ſuſtinuiſſet, ſed etiam
Francos domum remigrare coegiſ-
ſet. Inde Vandali reſumptis ani-
mis & Gunderico Modegiſili filio
411 rege ſibi conſtituto (qui Procopio 5
Gogidiſcus dicitur) Alanis Sueuiſq;
comitantibus, impreſsionem in Hi
ſpanias iterum fecerunt, tanta vi, vt
deiectis, protritiſq; iis qui eos tranſ-
itu Pyrenæi arcere conabantur adi-
tum ſibi patefecerint. Sozomenes,
Sigebertus, Auentinus.

ATHAVLFVS Gothorum rex
412 Italia excedēs, Gallias cum ſua gen- 6
te invadit. Proſper.

GOTHOS Italiam ingreſ-
ſos, & miſerè vaſtantes
cū Stilico primo quoq; 14
tempore, aut in perpe-
tuum amicos facere, aut internecio
ne delere, vel ſaltē profligare poſſet,
belluúq; de induſtria alere velle præ
ſe ferret, fraude pateſacta, iuſſus eſt
illis ab Honorio pacē date, Aquita
niámq; cui Vandali eorúmq; ſocij
imminebant ſedes concedere. Ho-
ſtis deinde iudicatus capite cum En
cherio filio ſuo Romæ, ſive (vt aliis 15
placet) Rauennæ multatus eſt, Indi
ctione iuxta Marcellinum 6. quan-
quam alij capta vrbe à Gothis tantū
iſtud contigiſſe malint.

ROMA orbis quondam domi-
trix à Gothis Alarico rege obſidio-
ne biennali capta eſt, Fla. Varro-
ne, & Tortullo Conſulib. Indict. 8. 16
Proſper, Marcel. Com.

CONSTANTINVS quidā Bri
tannicus ab exercitu qui Britanniæ
præerat fauore nominis ſui ex gre-
gario milite Cæſar ſalutatus, filium
Conſtantem antea Monachū, con-
ſortem Imperij declarauit, & cum
eo in Gallias traiecit, vbi cum mi-
nus quàm duobus annis imperaſ- 17
ſent, vterq; à Conſtantio Cæſare Im
perio coactus eſt ſe abdicare. Sed pa
tri Arelati paulo pòſt vita erepta eſt,
filio verò Conſtanti apud Viennam
Galliæ à Gerontio Comite ſuo.
Proſper, Marcel. Com.

HEROS B. Martini diſcipulus
Arelatenſis Epiſcopus in precio ha 18
betur.

Bur- Ioni-

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Imperator. Occidentis.
413	BVRGVNDIONES prouincias Rheno conterminas, ſcilicet (vt cōiectura aſſequimur) vbi nunc hodie eſt minor Burgundia, occupãt: cùm antea nulla adhuc certa ſede in Galliis conſtitiſſent. Proſper. Iord. Caſsiod.	7	IONINVS & Sebaſtianus tyrannidem in Galliis aſſumentes, Cęſares ſe ſalutari paſsi ſunt: ſed illis id diu non fuit impune: vterque enim paulò pòſt occiſus eſt. Proſper.	19
414	BVRGVNDIONES Remp. ſuã diu citra principum operam mode ratos fuiſſe Paradino & nonnullis aliis viſum eſt, adeò vt Gundiochũ (qui Proſpero & Caſsiodoro Gun dicarius eſt, Grego. verò Gundenchus) Regem ab ipſis ſalutatũ anno 414 nullo tamen (quod ſciam)	8	TREVERORVM ciuitas à Francis ſecũda irruptione capta & incẽdio cremata. Trego & Sigebertus. Attalus patricius Romanus Gothorum præſidio & fauore tyrannidem in Gallias reſumit. Proſper.	20
415	vetuſtatis teſtimonio ſcriptum ſit: cùm necdum aliquis eorum explicare tentarit, cur cùm Burgundiones ſub Valentiniano priore Regi-	9	VALENTIA Gallię ciuitas à Gothis capta. Sigeb.	21
416	bus propriis paruerint, paulò poſt tamen eoſdẽ habere deſierint, nunc verò ad Reges iterum redire volue	10		22
417	rint. Quibus indiciis ſic moueor, vt ſi Gundiochi iſtius electio facta fue	11		23
418	rit, hoc tempore illum Gandericho (cuius mẽtionem fecit Auentinus) tantum ſucceſsiſſe faciliùs credide-	12		24
419	rim: niſi Ganderichus illi fuerit qui aliis Gundiochus ſeu Gundẽchus: qui tamen Burgundiones antè potiùs quàm poſt eorũ in Gallias ingreſſum regere cœperit. Quòd verò Athanarici Gothorũ Regis ſanguine procreatum fuiſſe Gregorius Turonenſis dixit, alij verò filium	13	GOTHIS & Vualliæ eorũ Regi ꝙ Placidiã Imp. Honorio fratri repoſcẽti reddidit, pax data: & Aquitania omnis ac quędã pręterea Narbonenſis prouincię vrbes ad incolendũ datæ, vbi certas tandẽ ſedes habere cœperunt aliquanto pòſt & Hiſpania potituri. Proſp. P. Aemil.	25
420	ex Bleſinda nepte Marcomiri Francorum Regis ſignificarunt: Procopij & Agathij ſententiæ accedit, qui Burgundiones Gothicæ originis fuiſſe prædicarunt, licet Rhenanus conſtanter reclamet. Ex quo Paradinus maculã Arriani erroris eius famæ	14	PHARAMVNDVS Marcomiri filius primus Francorum gentis Rex ſalutatus regnaſſe annis 11. traditur.	26

Leges

421 famæ expũgere fruſtra conatus eſt, cùm ipſe Procopius & Agathius cũ Gregorio & Adone, Burgundos iſtius temporis Arriana perſuaſione populariter imbutos fuiſſe doceãt. Quamvis Oroſius (quod mirum eſt) lõgè hac in re ab illis diuerſum
422 ſenſiſſe videatur. Cæterùm non difficulter aſſentior iis, qui Burgundicam gentem iſtius Regis ductu & auſpiciis, ſuę ditionis per ea tempora adhuc anguſtę terminos, à Rheno vſque ad Rhodanum protuliſſe cenſuerunt, ſedéſque ſuas fixiſſe & conſtituiſſe in ipſa Sequanorum maxima provincia, & in Heduorũ, Matiſconenſium, Cabillonenſium, Lugdunenſium, Veſuntionúmque & Allobrogum finibus, atque in ipſa Romana provincia, adeo vt Burgundiæ nomẽ illinc ab eo tempore obliterari nunquam potuerit. Sed cùm Auenticenſis tractus vltra Iuram, vbi Heluetiorum veterum ſedes olim fuerunt, hodie verò Friburgum Bernáque conſpiciuntur, Burgundię minoris appellationem aliquando ſortitus fuerit, nunc verò Nuictlandia vocitetur: eruditis quibuſdam id perſuaſit, Nuitones
423 (quorum niſi apud Tacitum nulla amplius extaret memoria) cũ Burgundionibus tranſgreſſos illic conſediſſe, partémq; ipſorum fuiſſe: qui cùm meliores quæſiturn terras aduenirent, ſecũ illos rapuerint: quan
424 quam id veriſimilius longè videbitur, ſi Nuictlandiæ nomẽ vetuſtius ſit quàm eſſe videtur, cùm etiam a-
425 liunde quàm à Nuitonibus emanare potuerit. Idcirco interdũ Vochtlandia dicitur.

Achil-

15

LEGES Francis circa hæc tempora compoſitæ à quibuſdam Legiſlatoribus. Ado. Aimonius. Salicas nuncupatas fuiſſe, Sigebertus & Otho Friſingenſis teſtes ſunt,
16 qui ante annos 400. vixerunt. Falluntur igitur, qui vllas fuiſſe Francis leges ante Clodoueum aut eius filios vel nepotes negant. Sed fortè quia germanica lingua ſcriptæ, ad nos non pervenerunt. Poſteriores enim Franci qui Gallias inhabitarunt, ſuas leges Romano ſermone propter Gallos cõſcripſiſſe videntur. Quid obſtat autẽ, quominùs leges quæ hodie Saliorum & Ripuariorum nomine extant, ad
17 normam ſimilitudinémque earum quas Pharamundus edixerat deſcriptæ fuerint? An poſteriores Frãcos eodem iure quo priores vſos fuiſſe abſurdum?

HONORIO Occidentis Imperatore Rauennæ mortuo Fla. Iohannes ex Silentiariorum pręfecto Imperator Aug. ab exercitu rebelli
18 ſalutatur, illóque modo Occidentis Imperium ad ſe trahit.

19

OCCISO Iohanne tyranno, Valentinianus 3. Conſtãtij Cæſaris &
20 Placidiæ filius, à Legionibus Italicis, autoritate etiam Theodoſij Orient. Imp. Occidentis Imperator & Aug. ſalutatus eſt.

B Pro-

Anni Chriſt.		Anni Regum Burgund.		Anni Imperator Occidentis.
426	ACHILLAS nobile Galliarum oppidum à Gothis magna vi oppugnatum, Aetio ſuppetias ferēte ſeruatum eſt. Proſper.	21		2
427		22	—	3
428	CVM ab Hūnis (vt autor eſt Socrates lib. 7. cap. 30. Eccleſ. hiſt.) perpetuis ferè cladibus & incurſionibus infeſtarentur Burgundiones, in eas tandē anguſtias ſe redactos	23	PROVINCIAS Rheno conterminas Franci cùm occupaſſent, Aetij Comitis armis inde depellūtur. Proſper.	4
429	eſſe ſenſerunt, vt in humanis viribus nihil ſibi amplius ſpei reponendum	24		5
430	dum eſſe ducentes ad Chriſtianam religionem ſeſe converterint: accitiſque ex Gallis quibuſdam Sacer-	25		6
431	dotibus Chriſtianorum myſteriis initiandos ſeſe tradiderint. Quod adeo tunc illis bene ſucceſsiſſe viſum eſt, vt hoſtes ad eos ſuo more depopulandos & devaſtandos redeuntes, ad internecionē ferè cum Rege ſuo Subtaro deleuerint, ex quo Religionē Chriſtianā maiore ſtudio & pietate amplexi ſunt. Ea de cauſa non dubitauit Oroſius	26	PHARAMVNDO Rege mortuo, Franci Clodionem cognomine Comatum ſive Crinitum (verbo idem ſignificante) Regem ſibi ſtatuunt, qui annis 18. ſeu 20. eis imperaſſe dicitur: eiúſque ductu & auſpiciis in Galliam regreſsi, & in Morinorum Samorobrinorúmque fines impreſsionem feciſſe, ſedéſque ſuas ibi fixiſſe feruntur. Nec tamen	7
432	ſuis ſcriptis teſtari Burgundiones diuina providentia conſilióq; Chriſtianos effectos fuiſſe. Sed cùm id ſua ætate contigiſſe affirmet, palàm eſt id ipſum Socratem non rectè in eos annos retuliſſe, quibus Felix cum Tauro, & Theodoſius 13. Valentinianúſque 3. Augg. Conſulatum geſſerunt, quandoquidem ipſemet etiam Burgundis adhuc in Germania degentibus accidiſſe doceat. Quòd ſi & hoc verum ſit, mirum, quibus animis, quibúſve oculis ſocij cōmilitonéſque eorum eſſe potuerint, qui tot vrbium excidia, tot Chriſtianorū cædes in Germania Galliiſque fecerunt. Bur-	27	audiendus eſt P. Aemil. qui id eo anno cōtigiſſe putat, quo Manortius & Gallio necē à Comite Bonifacio quā ei intentabāt receperūt, cùm id ſecundū Conſulatuū Indictionúmque rationē in annū 427. inciderit. Sed ſi recens aliqua Romanorū clades Francos in Gallias iterū exciuerit, ea potiùs fuiſſe videtur, quam illo prælio paſsi ſunt, quo Bonifacius Romæ ab Aetio interemtus eſt, & ipſe Aetius ad Hunnos fugere cōpulſus. Id enim Marcellinus Comes cum Proſpero & Caſsiodoro Indictioni 15. Conſulatui verò Aetij & Valerij aſcribūt. Iſtius autem Clodionis ſeu potiùs Clogionis	8

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Imperator. Occidentis.
			nis facta fuiſſe mentio videtur, apud Sidonium Apollinarem in Panegyrico, quē ille Maioriano nuncupauit, vbi illum Attrebatum terras iuxta vicum Helenam pervaſiſſe ſcribit.	
433		28	AETIO varios fortunæ caſus perpeſſo Patriciatus dignitas reſtituitur, bellorúmq; Gallicorum cura committitur.	9
434	BVRGVNDIONES non contentos finibus ſemel inſeſsis, ſed arma paſsim circumferentes Aetius militiæ Romanæ Magiſter coërcuiſſe dicitur, Gundicario ſeu Gūdiochio	29	GOTHI pace cū Romanis violata, bellum adverſus eos in Aquitania renouant: Narbonem tamen oppugnare audentes à Littorio Comite non ſine ſtrage reiiciuntur. Proſper.	10
435	eorum Rege acie deuicto, cui tamen pacem ſuppliciter petenti non denegauit: quòd eius fortè opera in reprimendis ſiue Francis, ſiue	30	BELLVM adverſus Gothos in Gallia Romani Hunnis auxiliantibus hoc anno gerunt. Iordanes.	11
436	aliis nationibus vti cogitaret. Id enim in Conſulatū Theodoſij Imp. 15. & Valentiniani 4. Aug. Pro-	31	BAGANDARVM factio Attone duce Galliam totam turbat adverſus Romanos. Sigeb.	12
437	ſper & Caſsiodorus retulerūt. Sed quod vterq; addit illa pace diu Gūdicario frui non licuiſſe, ſiquidem paulò pòſt ab Hunnis interemtus fuerit, indicium eſt illum prælio Ca-	32		13
438	talaunico non cecidiſſe, præſertim cùm Proſperi Chronicon ad annū ſalutis 445. tantummodo deductum ſit.	33	PAX Gothis reddita, cùm ancipiti victoria acie cum illis decertatum eſſet. Proſper. Iordanes.	14
439		34		15
440		35		16
441		36	BAGANDARVM factio Attone illius principe ab Aetio capto deletur. Sigeb.	17
442		37		18
443		38		19

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Imperator. Occidentis.
444		39		20
445		40		21
446		41		22
447		42		23
448		43	IN CLODIONIS Regis demortui locum, Frãci Merouеum filium eius (licet aliis ita nõ videatur) Regem ſibi conſtituunt, à quo Merouingi dicti, & Merouingorum ſoboles.	24
449		44		25
450	ATTILA Hunnorum Rex ſubactarum omnium ferè nationũ quæ ſub Septentrione degunt gloria tumens, cùm reliquum etiam orbem	45	THEODOSIO Orientis Imperatore morte ſublato, Fl. Marcianus eius loco Imperium obtinet.	26
451	ſpe iam cõplecteretur, coacto innumerabili exercitu, qui 500000. hominum fuiſſe fertur, aſperrimas Scythiæ, Pannoniæ, Germaniæq; pugnando cum ferociſsimis gentibus, emenſus oras in Gallias tandem delatus eſt: vbi cùm nulli parcendo, nec ab vlla iniuria maleficióve temperãdo vaſtitatem vbiq;	1	CONSVLATV Fl. Marciani Auguſt.& Adelfij, Indictione verò 4. famoſo illo prælio in campis Catalaunicis dimicatum eſt, adverſus Attilam, à Romanis Aetio Duce, cui Francorum Gothorúmque Reges aderant. Proſp. Caſsiod. Marcel.	27

circumferret, Gundicharium Burgundionum Regem Rheni traiectu arcere, vel ſuos fines defendere conantem, ſed numero viribúſq; longè ſe inferiorem, acie cruenta cum ſua gente cecidit, vt Auentinus in ſuis Boiorum Annalibus teſtis eſt: licet omnes ferè recentiores prælio Catalaunico periiſſe malint, cùm tamen id à nullo antiquiorum traditũ videam, qui Theodoricum Vuiſigothorum Regem ibi cecidiſſe non tacuerunt. Sed cùm Proſper, & Caſsiodorus Gundicarium longè antè ab Hunnis interemtum ſignificare videantur, incertum adhuc eſſe, quo ille tempore viuere deſierit video. Cæterum ſi Gundicarius ſeu Gundiochus ſit, qui Gregorio Turon. Gondeuchus, quatuor filios ſibi ſuperſtites habuiſſe omnes vno ore fatentur. Chilpericum quem nonnulli ætate maiorem fuiſſe volunt, ideóq; patris Regno ex lege ſucceſsiſſe, quod tamen alij Gundobaldo ſeu Gundobau

di

di fratri eius tribuere malunt, ſed omnes Gundegiſillum & Gothomarum iuniores fuiſſe fatentur, cùm nõ adhuc deſint qui eos ab exceſſu patris Burgundionibus ſimul imperaſſe, ſed Burgundicam ditionem in quatuor Tetrarchias diuiſiſſe volunt: conſtat interim ex Gallica hiſtoria Chilpericum Heduis & Lingonibus iura dediſſe. Nihilominus in codice Legum Burgundionum, qui ſub Sigiſmundo Rege conſcriptus, nec adhuc in lucem editus habetur, quatuor Reges ordine Burgundionibus regnaſſe commemorantur, quorum nomina ſunt Gibica, Gothomarus, Gislaharius & Gundaharius, quos omnino quatuor illis fratribus aſcriberem, niſi ordine regnaſſe dicerentur. Quo fit vt in hac Burgundicæ hiſtoriæ parte plurima incerta eſſe adhuc vel non ſatis comperta nec explicata credam. Sicvt nec adhuc aliquis occurrit qui quot annis ſinguli illorũ regnarint, quandóve regnare deſierint, vno Gundebaldo excepto, obſeruarit. Convenit tandem inter omnes qui de Gundicariis filiis ſcripſerunt, diuturnam inter eos concordiam non permanſiſſe, ſed ex regnandi libidine ſimultates primùm ortas, inde odia, poſtremò bellum: in quo Gundebaldum iuncto ſibi Gundeſillo fratre, in Chilpericum Gothomarúmque fratres Tranſrhenanarum gentium auxiliis ſubnixos arma mouiſſe: & ab iis in Heduorũ finibus acie deuictum, & pro cæſo creditum fuiſſe tradunt, adeo vt veluti confecto bello exercitus dimiſsi ſint: ſed cùm paulò pòſt comparuiſſet tãtum populorum accurſum habuiſſe, vt fratres ſecuros & nihil tale opinantes potuerit in vrbe Viennæ obſidere, eáque expugnata comprehenſos ad necem adigere, cum omni eorum maſcula ſobole: vitam enim Chilperici filiabus cõdonauit, iuniorémque illarum Clotildem nomine eleganti egregiáque forma & indole virginem Clodouei Francorum Regis ſponſam futuram in aula ſua regaliter educari voluit.

452	BVRGVNDIAE nomen in Gallia celebre factũ finibus gentis imperióque promoto. P. Aemilius.	2		28
453		3		29
454		4	ANNVS trium illuſtrium totóque orbe præſtãtiſsimorum Principum obitu nobilis, Attilæ ſcilicet, Thoriſmundi Vuiſigothorum Regis &	30
455	VALENTINIANO III. Occidentis Imperatore nefariè interemto occidentales prouinciæ variis turbinum fluctibus obiiciuntur. Maximus enim Patricius tyrannidem Romæ invadere auſus, ibi tertio pòſt menſe capitur & trucidatur. Hinc	5	Aetij Romanæ militiæ Magiſtri: in quo res Romana ingens in Occidente diſpendium paſſa eſt. Franci enim longiùs ſpe promota, Senonum, Aurelianorúmque & Pariſiorum ciuitates occupauere, quum Mecoueus oblata illa occaſione, ma-	1

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Imperator. Occidentis.
	Hinc Anitus Gothorum fauore & potentia Imperator in Galliis creatur.		magnis inſtructus copiis interiores Celtarum vrbes, quæ ſtudio recuperandæ libertatis ad eum confugiebant, in ſuam ditionem recepit. P. Aemilius.	
456	Chilpericus & Gúdebaldus Burgundionum reges, Theoderico Gothorum Regi bellum adverſus Riciarium Sueuorum Regẽ gerenti ſuppetias ferunt. Iornandes.	6		2
457		7	Fl. Anito abdicante, Fl. Maiorianus autoritate & potentia Fl. Ricineris Patricij Occidentis Imperium capeſsit: Marciano verò mortuo, Leo in Oriente ſuccedit. Cæterùm à Maioriano Francos Gallias invadẽtes, ad vicum Helenam prælio commiſſo fuſos fugatóſque fuiſſe, Sidonius Apollinaris in Panegyrico, quem illi addixit, teſtis eſt.	1
458		8		2
459	Childericus poſt Merouéũ patrem Francorum Rex in Gallia efficitur. Hunc nonnulli Galliam è Romanorum ſeruitute in libertatem vindicaſſe, in eáque regni ſui ſedem primùm certam ſtabilémq; conſtituiſſe tradunt, cùm nemo antea Regum priorum pacatũ in Galliæ finibus Imperium obtinuiſſet: & quòd alij fuerint advenę & peregrini, non in Gallia facti.	9		3
460		10		4
461		11	Fl. Maioriano abdicante, Fl. Seuerus in Occidente Imperator creatur.	1
462	Childerico Francorum Rege ob morum ſuorum inſolentiam reiecto, Franci Aegidium ciuẽ Romanum Sueſsionum præſidem ſibi Regem ſtatuunt.	12		2
463		13		3
464		14		4
465		15	Mortuo Seuero Imperatore Interregnum in Occidente fuit an. 1. menſ. 8.	1
466	Narbona Vuiſigothis ab Aegidio Sueſsionum præfecto reddita, vt eſt in Chronico Vuiſigothorum manuſcripto: ſed Iordanes Rabenum in Gallia Comitem vocat, qui eam reddidit.	16		2
467		17	Fl. Anthemio Patricio Imperiũ Occidentis à Leone Orientis Auguſto committitur.	1

Bili-

CHILDERICVS Rex Vidoma- (18) riamici fidiſsimi opera in regnū
revocatus, Aegidium Romanum ducem prælio devicit, & ad Vuiſigothos
fugere compulit. Quorum auxilio bellum extemplo (vt P. Aemilio viſum
eſt) redintegraſſet, niſi Britanni (quos nouos Galliç incolas putat) non cō-
tenti finibus ſemel occupatis, Andium, Pictonum, Aegoliſmenſiúmq; fini-
bus evaſtatis, Aquitaniæ (quæ Vuiſigothis parebat) imminere ſeſe oſtendiſ
ſent. Res verò aliter ex Iornāde & Freculfo ſe habere intelligitur. Scribunt
enim Enricum, qui nuper in Regiam Vuiſigothorum Theoderico fratre
mortuo elatus fuerat, tātam protinus ex aſsidua Romanorum principum
mutatione ſpem concepiſſe, vt quidquid adhuc Romani Imperij in Galliis
ſupererat, iam ſibi aſſerere cogitaret. Ideóque Antheninum Imperatorē id
468 præſentientem à Riothimo Rege Britonum opem imploraſſe. Qui cùm 2
ea de cauſa cum duodecim ſuorum millibus domo pedem extuliſſet, Enri-
co iuxta Biturigas occurrerit, ab eóq; numero magis quàm virtute militum
ſuperatus, maiore ſui exercitus parte amiſſa, in Burgundionum (Romanis
tunc amicorum) fines ſeſe recipere coactus fuerit. Cæterùm hunc Riothi-
mum Britanniæ Ciſmarinæ ſeu minoris primum Regem fuiſſe, nec paucæ,
nec leues coniecturæ vt credam impellunt: eúmq; ab Armoricis populis
(cum quibus non ita pridem Britannorum Tranſmarinorum ex ſuis ſedi-
bus Anglorum, vel metu, vel odio profectorum manus coierat) electum
fuiſſe, vt eo Duce ſuam ſalutem libertatémque adverſus exterarū gentium
iniurias impetúſq; defenderent, cùm poſt Aetij necē nihil ſibi ampliùs præ-
ſidij à Romanis expectādum intelligerēt. Qui verò Connanum quendam
Regni Britannici conditorem nobis obtrudunt, rem minimè aſſecuti vi-
dentur, cùm temeritatis ſit, id abſq; aliquo veterum probatorúmque au-
torum teſtimonio aſſerere. Conſtat autē Romanos etiam Aetij tempore, ni
hil adhuc eorum locorū quæ cis Ligerim ſunt in Gallia perdidiſſe. Sed an
Britannia minor à nouis iſtis Britanniæ advenis, an ab antiquioribus illis
Britonibus, quos Armoricas quaſdam ciuitates quondam incoluiſſe Pli-
nius & Strabo fatentur, nomen ſortita ſit, meritò dubitari poteſt. Nihilo-
minus Gildas Britannos ab Anglis fugiētes ſic deſcribit, vt Armoricorum
in ſe commiſerationem convertere potiùs, quàm illis ſuo advētu vim, me-
túmque inferre potuiſſe oſtendat.

ARNAVDVS ſive Aruaudus aut
Seruandus Galliarum paulò antè
469 pro Romanis Præfectus, læſæ Ma- 19 3
ieſtatis Imperiique affectati reus,
iuſſu Anthemij Imper. in exilium
hoc anno deportatus eſt, teſtibus
Caſsiodoro, Iordane & P. Diaco-
470 no: in quorum tamen exemplari- 20 4
bus mendoſè legitur Ardaburius
& Arabundus, pro Arnaudo, cuius
extat

Anni Christi. *Anni Regum Burgund.* *Anni Imperator. Occidentis.*

extat hiſtoria in quadā Sidonij A-
pol. epiſtola, qua oſtendit illū Ro-
471 mæ accuſatum fuiſſe, quòd literæ
eius interceptę fuiſſent, quas ad Go
thorū regem dederat, quibus illum
à fœdere cum Græco Imperatore
ſanciendo dehortabatur: Britānos
472 verò qui terras ſupra Ligerim inco
lebant impugnandos, & cum Bur-
gundionibus Gallias iuregentium
473 diuidendas eſſe demonſtrabat.

ARVERNORVM ciuitas cum to
ta Aruernia in Vuiſigothorum po-
474 teſtatem venit: Decio præfecto A-
niti quondā Imperatoris filio fru-
ſtra, licet ſtrenuè, eam defendente:
quapropter illi Euricus Rex ſuo no
mine Victorinum Comitem pręfe-
cit. Mox ſuam victoriam perſe-
475 quuturus in Provinciā exercitum
duxit, eámq; totam ciuitatibus Are
latenſi & Maſsilia ſubactis ſuo im-
perio adiecit. Quinetiam nepotem
bello eas recuperare conantem, pa
cis interventu (cuius Epiphanius
Ticinenſis Epiſcopus conciliator
fuit) incœpto deſiſtere fecit. Sed
476 cùm Burgundiones ſuis conatibus
ſeſe opponentes haberet, vel ſube-
giſſe, vel clade aliqua illis illata
coërcuiſſe viſus eſt. Iornandes. P.
Diaco. Sigeber.

477

BILIMER Galliarū præfectus
dum Anthemio Imperatori in auxi
21 lium properat, cum Ricimere præ 5
lio congreſſus occiditur.

FL. Anthemius Occiden. Impe-
rator bello ciuili à Fl. Ricimere Pa-
22 tricio appetitus, victus occubuit. In 1
eius verò locum Ricimer Fl. Oli-
brium ſuſtecit, qui cùm etiam eo-
23 dem anno morte ſublatus eſſet, Fl. 2
Glycerium ſucceſſorem habuit.

FL. Glycerio abdicante, Fl. Iu-
lius nepos Occidentis Imperator
24 creatus eſt. 1

FL. Nepote abdicante, Momy-
lus qui Auguſtulus ob ætatem co-
gnominatus eſt, ab Oreſte patre
ſuo, Imperator Occidentis creatus
25 eſt. Quo etiam anno Aegidio Sueſ- 2
ſionenſi pręfecto Coloniam Agrip
pinam ciuitatem Francos ademiſſe
ſcribit Sigeb.

ODOACER Herulorū Rex ma-
gno exterarum nationum exercitu
Italiam ingreſſus Oreſtem prælio
deuictum occidit: Auguſtulum ve-
26 rò filium abdicare coēgit, ſibique
ſuiſq; Italiam totam ſubditam red-
didit. Qua ratione Imperium Ro-
manum in Occidente cum illo Au-
guſtulo penitus concidit. Id quod
Francis ad fines quos iam in Gal-
liis inſederant propagandos ani-
27 mum addidiſſe viſum eſt, vt eodem
anno Treuerorum ciuitatē in ſuam
poteſtatem redegerint.

Imperij Romani in Occidente finis.

478 28
ANDOACER ſeu Andoacrius Saxonum quidam dux (ex his fortè qui Angliam occupauerant) Pyraticam agens nauibus in quędam Galliæ litora delatus eſt. A quibus cùm neminem ſibi reſiſtentem offenderet, in Andegauenſium tandem fines prædando pervenit: quo tempore Andegauenſibus

bus

Anni Christi.		Anni Regum Burgund.		Anni Regum Francor.
479	bus adhuc præerat Romanorum nomine Paulus Comes qui Francorum auxilio multa Gothis damna in- (29) ferebat. Cùm verò & adverſus ipſum Andoacrium, Childericus Francorum Rex illi ſuppetias laturus accurriſſet, in vrbem Andegauenſem admiſſus, eam ſibi ipſi aſſeruit, Paulo Comite interemto. Atq; eductis inde ſuis Romanorúmq; copiis Saxones fudit fugauitq; & tota Gallia (fœdere tamen cum illis icto) excedere coëgit. Grego. Turo. Ado. Sigeb.			
480	AEGIDIVS Sueſsionum Præfectus ſive Rex moritur, cuius filius Syagrius cùm in locum patris ſucceſsiſſet, Franciæ Regnum paulò pòſt affectare auſus eſt.	30		
481				
482		31		
483		32	FRANCORVM virtus & potentia omnium Gallorum animos in ipſos adeò converterat hoc tempore, vt omnes eos ſibi dominos eſſe percuperent. Greg. Turo.	
484	CIRCA hæc tēpora Gundebaldus Burgundionum Rex fratribus ſuis devictis & occiſis, vt autè explicatum eſt, Regno Burgundiæ ſolus potiri incepiſſe videtur.	33		
485		34	CHILDERICO Frācorum Rege mortuo, Clodoueus filius eius Franciçæ Religionis conditor ſuccedit, qui annos 30. regnaſſe traditur: quos enumerare cum ſucceſſorum illius annis ſtatuimus.	1
486		35		2
487		36		3
488	CLOTILDEM Chilperici quondam Burgundionum Regis filiam, Gundebaldi verò nepiem, hoc tempore Clodoueus videtur cōnubio ſibi copulaſſe.	37		4
489		38	SYAGRIVS Aegidij filius Sueſſionum Rex, Regnum Francorum affectās Clodoueo bellum mouet: victus verò ad Vuiſigothos confugit, à quibus redditus, ſecuri percuſſus eſt.	5
490		39	IMPERII ROMANOrum in Gallia finis. SIC deſiere expulſi & cæſi Imperiū in Galliis habere Romani, An. circiter 537. poſtquam à Iulio Cæſare in ditionem populi Romani adductæ fuerant.	6
491		40		7

Cùm C Odo-

Anni Christi.		Anni Regum Burgund.		Anni Regum Francor.
492	CVM Herculi & Oſtrogothi inter ſe de Italiæ poſſeſsione decertarent, Gundebaldo Burgundionum Regi occaſio pręclara viſa eſt, fines	41		8
493	potentiámq; ſuam illic propagandi. Quapropter collecto exercitu Alpes nullo repugnāte traiecit. Inde Aſtenſes, Taurinos, Verſellas, Nouocomenſes & Nouariēſes ſuo	42	ODOACRO Herulorum Rege penitùs profligato & debellato, Theodericus ex Amalorum genere ortus Oſtrogothorū Rex Italiam ſibi ſuiſque acquirit.	9
494	aduentu perterritos, in deditionem ſine certamine accepit, tandémq; ex iis educta omnis generis	43		10
495	præda exercitum domum reduxit. Sunt veró qui à Theoderico Rege affine ſuo excitum in illam expeditionem ſe accinxiſſe contendant:	44	CLODOVEVS ducto Francorū in Thuringos exercitu eos ſibi dicto audientes effecit.	11
496	ſed ex Paulo Diacono aliiſq; probatiſsimis autoribus, ſatis intelligi poteſt nullam adhuc inter eos affinitatem initam fuiſſe.	45	A Rheno ad Sequanam, terminos Regni ſui Clodoueus propagauit. Iordanes. Sigeb.	12
497		46	A Sequana ad Ligerim Francorum imperium deductum & protenſum. Iordanes.	13
498	FIRMANDAE ſtabiliendæq; potentiæ ſuæ Principes huius temporis neceſsitudines & affinitates vndiq;	47		14
499	contrahebant. Hac de cauſa Theodoricus Italiæ Rex Alarico Gothorum regi Sigiſmundo Gundebaldi Burgundici filio: atque etiam Thuringiæ Regi aliiſq; elocabat, ipſemet veró Clodouei Regis ſororem ſibi deſponſauit.	48	FRANCI pro Sycambris ſocus ad Tolbiacum ſignis collatis, acie cum Alemanis decertarunt, & ex voto Clodouei (quo ſi victoriam adipiſceretur, ſe Chriſtianum fore pollicebatur) victores euaſiſſe viſi ſunt, Alemanóſque ſtipendiarios ſibi reddidiſſe.	15
500		49	FRANCORVM gens Rege viam præmonſtrante Chriſtianis myſteriis initiatur.	16
501	CVM odia, ſimultatéſq; inter Alaricum Vuiſigothorū Regem & Clodoueum exardere inciperent, Gundebaldus æquior Alarico viſus, Francum iam aliunde ſibi infenſum magis exacerbauit. Acceſsit etiam Godegiſillo iuniori fratri ipſius Gundebaldi facta iniuria, qui cùm ſe à fratre paterna ſucceſsione omnino fraudari quereretur, effecit vt iuſta belli ſuſcipiendi adver-	51		17

adverſus Burgundũ cauſa Clodoueo (52) deeſſe nõ videretur. Ductus i-
taq; in Burgundiam exercitus, Godegiſillóq; fratris partes prodente, præ-
502 lium iuxta Diuionem commiſſum eſt. Quo fuſus fugatúſque Gundebal- 18
dus, ſe Auenione etiam includi, & obſideri aliquandiu paſſus eſt, donec illi
ea cõditione pax regnúmq; cõcede- (53) retur, vt ſe Franci beneficiariũ ſti-
pendiariúmq; profiteretur. Regno ergo præter ſpem recuperato, totius ſuę
503 cladis dedecoriſq; iram in fratrem effudit. illum enim Viennæ apprehen- 19
ſum neci tradidit. Quid illi autem inde contigerit, à nullo antiquiorum ex-
preſſum video, licet recentiores Clodoueũ iuſtiore, quàm antea cauſa Bur-
gundiam repetiiſſe affirment, adeò (54) vt Gundebaldus deſperatis planè
ſuis rebus ſibi fuga ad Vuiſigothos conſuluerit, & apud eos paulò pòſt in
504 exilio deceſſerit. Procopius verò lib. 1. belli Gothici autor eſt Theodoricum 20
Oſtrogothorum Regem, partem quandam ditionum earum quæ Gonde-
baldi fuerant, poſt victoriam verò (55) partam ex pacto quod inter eum &
Francum ab initio belli convenerat obtinuiſſe. Quod fidem facit Francum
nihil non etiam ſibi de Burgundiæ Regno retinuiſſe, nec vllam adhuc Bur-
gundo cum Oſtrogotho affinitatem interceſsiſſe. Nihilominus aliquantu
505 lum temporis toti adhuc Burgundiæ imperaſſe Gundebaldum poſt fratris 21
ſui cædem Gregorius oſtendit. Siquidem docet illum eo intervallo leges
mitiores Burgundionibus præſcripſiſſe, quibus Romanorum (ſic Gallos
ſui Regni indigenas vocat) ſecuritati cauebat & proſpiciebat.

506		56	FOEDVS amicitiamque inter ſe ineunt Alaricus Vuiſigothorum & Clodoueus Francorum Reges. Sigeb.	22
507	AMINTVS Viennenſis Epiſcopus vir doctus & ſanctitate illuſtris claret.	57		23
508		58	Ex ſimultatibus & æmulatione ortum bellum inter Francorum & Vuiſigothorum Reges, quod Vuiſigothicum dictum eſt.	24
509	GVNDEBALDVM Burgundionum Regem hoc anno obiiſſe à Sigeberto obſeruatũ eſt: vnde illum longiſsimam vixiſſe ætatem certiſſimum eſt, niſi patri admodũ puer ſucceſſerit. Cæterùm duos illi ſuperſtites filios fuiſſe omnes conveniunt, Sigiſmundum ætate provectiorem & Gothomarum: quorum tutelam ab initio geſsiſſe Flodomeum quẽdam D. Begatius in ſuis Com-	59	IN Pictonibus Francorum Vuiſigothorúmq; acies acerbiſsimis odiis concurrerũt. Alarici verò morte Franci victoriã conſequuti ſunt. Ex qua quidquid ferè Vuiſigothis citra Pyrenęum parebat, in Clodouei ditionem conceſsit, præter quaſdam Provinciæ Gothicę ciuitates, quas Theodoricus Italiæ Rex in auxilium Alarici, ſed tardiùs adveniens ſibi ipſi aſſeruit, reiecto ab vrbis	25

Anni Chriſti. | Anni Regum Burgund. | Anni Regum Francor.

Cōmentariis autor eſt. A quo Templum Cluniaci D. Romano dicatū tradit, eiúſque induſtria effectum, vt ipſi Gundebaldi filij eam Regni Burgundici partem quæ eſt trans Ararim & Rhodanum ſuo iure poſſiderent: cætera verò quæ cis Ararim ſunt, vbi nūc Ducatus Burgundiæ cōſiſtit, cum Lugduno & Vienna Clodoueo remanerent. Ergo Sigiſmundus ad Regnum elatus cœnobium illud Agannēſe D. Mauritio dicaſſe poſtea fertur: Synodúmque celebraſſe autoribus Maximo Epiſcopo Geneuenſi & Theodoto Sedunenſi adverſus Arrianos.

510

Hoc anno 30. Francorum millia ab exercitu Theodorici cæſa falſò notantur à Sigeberto: cùm vnica
511 tātùm fuerit Oſtrogothorum ante Clodouei obitum in Gallias expeditio.

512

513

vrbis Carcaſsionenſis obſidione Francorum exercitu, ſicvt à Procopio ſcripto traditum eſt. Quod innuiſſe omnino videtur Caſsiodorus, dum ſub Conſulatum Venantij & Celeris (cui teſte Marcellino Indictio prima cōcurrebat) Oſtrogothorum copias, victis fugatíſq; Francis, Gallias Theodorico acquiſiuiſſe ſcribit. Ex quo Iornandes & P. Diaconus odio Francici nominis addere non dubitarunt, Francorum ſimul ab his viginti trigintáve millia vno prælio interemta: cùm tamē nihil tale Procopius intellexiſſe, nec noſtri vetuſtiores ſcriptores agnouiſſe videantur, nec etiam Clodouéus invltū reliquiſſet.

CLODOVEO ab expeditione
2 Gothica redeūti, ab Anaſtaſio Imperatore Legati dona cum Patri- 26
ciatus, & Conſulatus titulo inſignibúſque offerunt. Inde Pariſios
3 profectus Regni ſedem ſtatuit. At 27
cùm Rachnacarium Cameracenſium & Attrebatenſium Regulum, fratréſq; eius conſanguineos ſuos
4 Francorum Regnum legibus ad ſe 28
pertinere contendentes audiret, variis modis eos cum tota eorum fa- 29
5 milia ſuſtulit.

6

CLODOVEVS inclytus Francorum Rex, & Galliarum domitor, anno poſtquam regnare cœperat 30. obiit: quatuor ſuperſtitibus liberis, Theodorico quem ex pellice ſuſceperat, & Childeberto, Clothario atq; Clodamiro, quos ex Regina Clotilde habuērat: qui Regnum paternum in Tetrarchias ita diuiſerunt, vt Pariſij cum ſuis appendicibus Childeberto: Sueſſiones Clotario: Aurelianenſes Clodamiro: & Mediomatrices Theoderico cum Transrhenanis provinciis obvenerint. Cæterùm cùm veterum Gallorum, poſt Romanum everſum Imperium, morem fuiſſe intelligamus annorum ſuorum paſsim enumerationem ducere ab obitu B. Martini, atque
514 ob eam cauſam omnibus ferè Gallorum hiſtoriis proditū ſit, Clodoueum 30

CXII. annis poſt hunc obitum deceſsiſſe, ad illuſtrandam & confirmandam temporum Gallicorum veritatem plurimum intereſt ſcire, quo anno D. Martini obitum ſtatuere oporteat. De eo enim non eſt conſona autorum ſententia, cùm Gregorius Tur. illum in Conſulatu Cæſarij & Attici ſtatuat, ſecundum quem oportuiſſet Clodoueum anno Chriſti 509. obiiſſe. Idatius verò in annum Arcadij & Honorij Imp. XI. quem Chriſti CDVIII. ſeu potius CDVI. fuiſſe putat, & Indictio VI. referat. Sed ſi autoritatem Sulpitij Seueri, quæ potior eſt, audiamus, qui D. Martinum ſexdecim tantummodo annos vixiſſe affirmat poſt Synodum Treuerenſem, quæ præſente Maximo Imperatore adverſus Priſcillianum celebrata fuerat, deprehendemus originem illorum annorum ab anno vel CCCCI. aut CCCCII. noſtræ ſalutis repetendam eſſe. Id quod aliis argumentis teſtimoniiſque adhuc poſtea confirmabimus, & à Sigeberto etiam animadverſum fuiſſe non ignoramus.

515	SIGISMVNDVS Rex Sugerium filium ex filia Theoderici Oſtrogothorum Regis ſuſceptum, ſuperinducta nouerca non conferendæ no-	7		1
516	bilitatis necauit. In eius verò parricidij expiationem Agannẽſes cœnobiũ D. Mauritio poſuiſſe fertur.	8		2
517		9	DANORVM manus quæ claſſe Galliam invaſerat, Theodeberti Theodorici Auſtraſiani Regis filij ductu & auſpiciis profligata eſt. Greg. Tur.	3
518	CLODOVEI regis, ſecundum Idatij & Continuatoris illius calculum, obitus.	10		4
519		11		5

12

520 SIGISMVNDVM parricidio filij infamem Clodamirus Aurelianorum Rex Clotildis matris impulſu bello adoritur: ipſúmque precio victum & cum vxore filiiſque captum Aurelianum duci ac in puteum præcipitari iubet, fruſtra Anito viro ſancto & fatidico deprecante & obteſtante, qui Clodamiro eiúſq; ſoboli eundem exitum nec ſerum imminere prædicabat. Interea Clodomarus Sigiſmundi frater qui fuga elapſus erat, à Burgundis Rex ſalutatus eſt. Grego. Turo. Aimonius. Sigeb. 6

1

521 CLODOMARVS Clodamirum in ſe cum exercitu redeuntem inſidiis ita excepit, vt à ſuis temerè evectum & circumventũ occidere fecerit. Quod illi victoriam præſentem de Francorum exercitu, ſed non diu lætam præ- 7

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Anni Christi.	Anni Regum Burgund.			Ann. Regum Francor.
	buit: quanvis inde Regnum pacatum aliquandiu retinuerit, Clodamiri			
522	fratribus aliis bellis & occupatio-	(2)	nibus diſtractis. Agathius lib.1. Grego. Turo.	8
523		3		9
524		4		10
525		5		11
526	CLOTARIVS & Childebertus externis bellis expeditis, in vltionē fratris à Burgundis antea interemti vires ſuas in ipſos converterunt. Ducto itaq; in Burgundiam exercitu, Auguſtodunenſem ciuitatem longa obſidione capiunt, tandémq; profligatū penitùs Clodomarum & omnibus rebus ſuis exutum in Hiſpaniam fugere, illincq; vt tutior eſſet in Aphricam traiicere coēgerunt. Qua ratione Burgundiam totam inter ſe partiti ſunt, nulla habita ratione filiorū Clodomari. Nec tamen Theodericum fratrem ſuum	6	ANICIO Olibrio iuniore Conſule, Indictione 4. Theodoricus Italię & Oſtrogothorum Rex obiit, relicto Atalarico ex Amalaſimitha filia nepote ſibi ſucceſſore, cū quo Amalaricus Vuiſigothorū Rex eā partem Galliarum, quam auus illius ſuo Vuiſigothorúmq; nomine tenuerat, ita partitus eſt, vt Provinciam quæ trans Rhodanū Italiam reſpicit, Atalaricus retineret, quod verò citra Rhodanum ad Pyrenços conſiſtit, ad Vuiſigothos rediret. Procop.lib.1.	12
527	illa Regni Burgundici partitione excluſiſſe ex Procopio & Agathio videntur, qui Burgundiones ipſius & filij eius imperiū agnouiſſe, ſuáq; operam in omnibus illorum bellis pluſquam aliis Francorū Regibus præſtitiſſe vbiq; oſtendunt. Iſtam verò cladem ex Procopio etiam didicimus Burgundis illatam, poſt Theodorici Italiæ Regis obitum, cùm iam Thuringia à Francis eſſet	1	THEODERICVS Mediomatricum Rex, cùm perfidiam Hermenfredi Thuringiæ Regis erga ſe vlciſci Theoderico Italię Rege viuente nō auſus eſſet, eo mortuo quaſi obſtaculo ſublato Clotarium fratrem in ſpem prædę accerſiuit, eóque comitante Thuringiam totam, cæſo profligatóq; Hermēfredo, ſibi ſubiecit. Procop.	13
528	ſubacta. Atq; hic finis illuſtris familiæ Gundiochi fuit, quæ tamen per Clotildem Reginam in filiis ſuis revixiſſe quodammodo viſa eſt.	2	FRANCORVM Regum potētia felicitáſq; effecit, vt Amalaricus Oſtrogothorum Rex affinitatem ducta eorum ſorore requiſiuerit.	14
529		3		15
	ARVERNIAM totam tempore belli		EXPEDITIONEM in Hiſpaniā adver-	

belli Hiſpanici Theodericum Re-
gem Gothis ademiſſe, Aimonius
530 autor eſt, licet Gregorius in aliud
tempus referre videatur.

ADOLESCENTVLORVM Clo-
damiri filiorum cæde patruorum
531 manibus immaniſsimè patrata, pe-
nes ipſos, ſcilicet Childebertum &
Clotarium, rerum ſumma fuit, a-
deò vt in Francia regnare ſimul cœ
532 perint, & ferè ſoli viderentur.

533

534

BELLI Gothici in Italia initium
Anno Iuſtiniani Imperatoris 8. In-
535 dictione 13. Cœperat enim Iuſtinia-
nus imperare anno 927. Indict. 5.
cal. Aprilis.

THEODATVS Italiæ Rex cum
ſibi à Iuſtiniano Imperatore bellū
imminere certò ſciret, Galliæ por-
536 tionem quæ Gothos contingebat
Francis tradere cogitauit, vt eorum
auxilio vteretur adverſus Belliſa-
rium: ſed morte præventus id ad-
implere non potuit, Procopio te-
ſtante. Nec verò temere credēdum
537 quod ſcribit Aemilius, Burgundio-
nes ſub eo Liguriam Aemiliámque,
Alemannos verò Venetiam iuſſu
Regis Theodeberti devaſtaſſe, do-
538 múmque cum omnis generis præ-
da rediiſſe.

VVITIGES Mediolanum obſi-
dens

adverſus Almaricum Vuiſigotho-
rum Regem Childebertus & Clo-
4 tharius, non autem (vt Procopio vi 16
ſum eſt) Theodebertus nomine ſo-
roris, ſuſcipiunt. Cæſo Almarico
æra (quod vetuſtioribus Hiſpanis
numerandi fuit annorum princi-
pium) 561. quæ planè 531. coron. re-
5 ſpondent, numerantur, & reducta 17
eſt in Franciam Clotildis ſoror: ſi-
mul etiam quidquid adhuc Vuiſi-
gothi cis Pyrenæum in Gallia ex
6 partitione ſuperiore poſsidebant, 18
receptum eſt, Francorúmque Regno
additum, adeo vt Vuiſigothi qui il-
7 lic ſupererant, cum vxoribus libe- 19
riſque ad Theodim in Hiſpania re-
gnantem ſe contulerint. Procopio
8 verò refragantur, qui eodem tem- 20
pore & Provinciam ex Amalaſimi-
tha receptam, & Atalarico illius fi-
lio vniuerſæ Galliæ dominiū quod
9 auus eius tenuerat, perceptum ſcri- 21
pſerunt.

10 22

THEODERICVS Mediomatri-
cum Rex anno poſtquam regnare
cœperat 23. humanitatem expleſſe
1 dicitur, vnico filio Theodeberto vi 23
ro bellica laude clariſsimo ſuperſti
te, ditionúmque ſuarum hærede.

VVITIGES Italiæ Rex vt Fran
2 corum Regum animos ſibi deme- 24
reretur, Provinciam illis reddidit,
ne quid in Gallia Oſtrogothos poſ
ſidere ipſi indignè ferrent, anno 3.
belli

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Regum Francor.
539	dens Burgundionum quaſdam turmas à Rege Theodeberto impetrat. Procopius lib.1. ID fidem facit Burgundiones ipſi etiam Theodeberto paruiſſe.	3	belli Italici. Procopius lib.1. Quare nec Sabellico nec Aemilio aſſentiendum, qui Prouinciam ex Amalaſimitha Atalarici matre antè receptam tradiderunt.	25
540		4	THEODEBERTVS ſpem rei bene gerendæ ex Italiæ motibus concipiens, exercitum ingentem in Italiam traduxit.	26
541		5	Vbi cùm & Romani & Gothi in ſuum quiſque auxilium adveniſſe crederent, illos ſic ea opinione fefellit,	27
542		6	vt vtriſque cladem non contemnendam intulerit. Tandem cùm Italiam terrore nominis	28
543		7	ſui impleuiſſet, peſte ſe in eius exercitum immittente, ſpoliis tamen ampliſsimis relatis, domum redire	29
544	MAGNA Hiſpaniæ pars à Regibus Childeberto Clotarióq; fratribus circa hæc tempora ſubacta.	8	coactus eſt, anno quo Vitige ſeſe dedente bellum Gothicum Belliſarius ſe confeciſſe putauit. Procop. lib.2.	30
545		9		31
546				32
547	CVM regnante Totila Oſtrogothi res ſuas rurſus erigere in Italia contenderent, Theodeberto Regi	10		33
548	ſecundę in Italiam expeditionis ſuſcipiendæ occaſio oblata eſt. In qua ſic profeciſſe ſuis armis à Procopio	11		34
549	lib.3. & Agathio traditur, vt Alpes Coctias & totã ferè Liguriã Venetiã Aemiliámq; ſtipendio impoſito	12		35
550	ſui iuris effecerit, ſuoſq; præfectos illis reliquerit. Gothi enim cùm Francos amicos magis quàm hoſtes habere mallent, impunè eos illa loca non ſolùm occupare, ſed etiam retinere permiſerunt.	1	IN THEODEBERTI Auſtraſianorum Regis demortui locũ Theodobaldus filius adhuc iuuenis, ſed patri longè degener ſuccedit. Cuius imperio Burgundiones etiam paruiſſe nobis fidẽ facit Agathius, qui Gothos poſt Totilæ Regis ſui interitum, ad eum potiùs quàm ad pati-	36

Quod

Anni Chriſti.		Anni Regum Burgund.		Anni Regum Francor.
551		2	patinos,qui longiùs aberant,auxilij impetrandi nomine miſiſſe affirmat.	37
552		3	AD Regem Theobaldum legati à Iuſtiniano Imperatore, pacis amicitiæq; nomine venerunt. Procopius.	38
553	QVOD rebus ſuis adhuc integris Gothi non potuerant, exciſis obtinuerũt, vt Bucelinus & Amingus ſive Lentharis & Bultinus Francorum duces, miſſo Theodobaldi cum ſeptuaginta milliũ hominum exercitu ad bellum adverſus Imperatorem renouãdum, Alpes tranſmitterent, vbi cùm victoriis ſuis totam ferè Italiã Siciliámq; peragraſſent, prædæ ſibi quærendæ quàm opum nominiſq; Principum ſuorũ ſtudioſiores eſſe viſi ſunt. Tandem cùm ex locorum aëriſque inſolentia peſtis quamplurimos illorum abſumpſiſſet: reliquos languentes & invalidos vnico prælio Narſes facilè deleuit, anno belli Gothici 18.& vltimo Imperatoris Iuſtiniani 27.& 28.Agathius.	4		39
554		1	EODEM ferè tempore quo Francorum copiæ,Amingo & Bucelino ducibus,in Italia deletæ ſunt,Theodebaldum Auſtraſianorum & eorum populorũ (qui Italiæ viciniores erant) Regem è viuis exceſsiſſe nullis ſuperſtitibus liberis, Agathius lib. 2. autor eſt. Atque ea de cauſa qui addidit ad Marcellini Comitis Chronicon, eius obitum Indictioni primæ aſcripſit, licet alij 7. poſt patris exceſſum anno, Chronicon verò Benignianum 2. obiiſſe velint. Porrò cùm ſuo teſtamento Clotarium patruum vnicũ rerum ſuarum hæredem inſtituiſſet,offenſus inde Childebertus in acrẽ cum Clotario fratre (quem bellum Saxonicum tunc occupabat) contentionem incidit,quæ tandem tamen paulò pòſt ſedata eſt, Childeberto totam nepotis ſucceſsionem fratri ſponte cedente.Agathius.	40
555		2		41
556	POST obitum Regis Theobaldi,dum patrui eius inter ſe diſsidẽt, Narſes vacuam Venetiæ poſſeſsionem nactus Imperio reſtituit,& vltrà progreſſus Provinciam recepit, eiq; Amatum Patricium ciuem Romanũ dedit:Subalpinis verò Francilionem,vt Francos Alpibus tranſitu prohiberet. Sabellicus. P. Aemilius.	3		42
557		4		43
558		5		44
559		6	SAXONES hoc anno à Clotario Rege domiti & ſubacti.	45

Agre- D Chil-

Anni Christi.		Anni Regum Burgund.		Anni Regum Francor.
560		7		46
561	AGRECVLA poſt Bucelinū trāſiurenſem Patriciatum exercuit.	8		47
562		9		48
563		10	CHILDEBERTVM Pariſiorum Regem anno Regni ſui mortuum eſſe 45. omnes ferè poſt Sigebertum crediderunt, præter Aimonium qui ad 49. perveniſſe affirmat, cuius e-	49
564	CHRAMNVM filium iterato rebellantem viribúſq; Britonum fruſtra ſubnixum, Clotarius pater bello penitùs ſubegit, & cum vxore liberis totáque familia cremari curauit.	11	tiam teſtimonium comprobat Pragmaticū Childeberti, donationem Baſilicæ Vincentianæ aſcribēs, quę data eſt an. ipſius 48. Illo verò ſine liberis mortuo, res Francica vnius Clotarij Regis imperio tota rurſus coiit.	50

12

CLOTARIVS Francorum Monarcha, anno quo cum fratribus regnare
cœperat 51. naturæ conceſsit, ex quo Regnum Francorum in quatuor Te- 51
565 trarchias, eodem quo antea exitu, rurſus diuiſum eſt. tot enim illi filij ſuper-
ſtites erant. Quorum primo natu Chereberto Pariſij, Sigiberto Medioma- 1
trices, Chilperico Sueſsiones, Guntranno Aurelianum Regiæ vrbes eve-
566 nere. Aurelianenſi verò Tetrarchiæ Regnum Burgundicum attributum 2
fuiſſe notiſsimum eſt, non ſolùm ex hiſtoricis, ſed etiam ex pleriſq; monu-
mentis ad D. Benigni Diuione, quod cœnobium Guntrannus liberaliſsi-
mè auxit. Ideo Gregorius Turonenſis recenſet, illum initio Regni ſui ſta- 3
567 tim Agreculam Patriciatu amouiſſe, eúmq; Celſo Iuriſconſ. cōtuliſſe. Quod
dignitatis nomen geſsiſſe tātummodo inter cęteros limitum Francicorum
Præfectos, peculiari quadam cōſuetudine, ij videntur qui præfecturas pro-
vinciarum Subalpinarum & Tranſiurenſium, nec non etiam provinciæ
68 Maſsilienſis aut Arelatenſis exercebant. Vnde Patriciorum Vltraiurano- 4
rum frequens in Hiſtoricis, & à Gregorio PP. Patriciorum Galliarum nun-
cupatio, ex conſuetudine Romanorum iam illic pridem recepta, vel æmu-
latione eorum quos tum Imperatores Romani, tum poſtea Longobardi
569 ſub eodem nomine illis opponebant. Qua ratione conſtare poteſt quod 5
Paradinus profert, Burgundiones ſub Rege Guntranno Magiſtratus per-
petuos habere cœpiſſe, qui tamē Ducum nomen ſibi tribuerunt. Nec enim
570 ij ea dignitate amoueri ſolebant, priuſquam ſe illa indignos ſua culpa red- 6
didiſſent. Nihilominus tamen Sigibertus Mediomatricum Rex ſuperiorem
Bur-

Anni Christi. *Anni Regum Burgund.* *Anni Regum Francor.*

Burgundiam Alpiúmq; non contemnendam partem P. Aemilio viſus eſt
obtinuiſſe.

SIGIBERTVS Mediomatricum Rex Arvernia vrbe intercepta, quæ ſui
571 iuris non erat, per Adonarium Ducem ſuum Arelatenſem etiam vrbem ten 7
tare auſus eſt, ſed Celſo Patricio cum Regis Guntranni exercitu ſeſe oppo-
572 nente, turpiter repulſus eſt. 8

LONGOBARDIS Italiam magna ex parte occupantibus, Græcorum Im-
perator diffiſus viribus ſuis, provinciã Maſsilienſem Francis Regibus red-
didit, vt partem belli adverſus terrorem nouæ gentis capeſſerent. Qua ra-
tione Amatus à Narſete antea provinciæ Præfectus Regi Guntranno pa-
573 rêre cœpit. Vnde inter eum & Sigibertum contentio exorta, qui in ipſius 9
Provinciæ partem vocari ſe æquum cenſebat. Id quod Longobardi in rem
ſuam interpretati, Alpes vltrò tranſgredi Provinciámq; populari auſi ſunt,
vbi occurrentem cum exercitu Burgundionum Amatum, prælio conſerto,
cum magna ipſorum Burgundionum ſtrage interemerunt. Ob id Guntran
nus Amato Ennium ſive Mumolum, virum clariſsimum, Patricia dignitate
ornatum ſucceſſorem dedit. Aimonius lib. 3. P. Diaconus lib. 3. de geſtis
Long. & Chro. Benignianum. Mirum tamen Grego. Turonenſem Peri-
tium vocare, qui Celſo in Patriciatu ſucceſſerit, & à Longobardis cæſus ſit,
574 cùm vnius tantùm ab eis illatæ cladis Burgundionibus meminerit. Porrò 10
Longobardi dulcedine prædæ Gallicæ ſemel illecti, iterum ſed non eadem
fortuna, tranſcenſu Alpium tentato, cùm in Ebrodunenſium agrum perve-
niſſent, circumventi à Mumolo, non minorem quàm priore expeditione in-
tulerant cladem acceperunt.

SAXONES Longobardorum ſo
ciorum, commilitonúmq; ſuorum
576 exemplo Alpes tranſgreſsi, à Mu-
molo Patricio turpiter reiecti ſunt.
Grego. Turo. P. Diac.

SAXONES ſeceſsione à Longo-
bardis facta, antiquas ſuas ſedes
577 hoc anno repetiiſſe per Regnum Si
giberti, plures (non ſatis tamẽ con-
ſideratè) voluerunt.

Tres

MORTVO abſq; maſcula ſobole
575 Chereberto Pariſiorum Rege, Chil 11
pericus frater eius Regnum illud
ſibi ſoli vendicare conatus eſt. Qua
de re illi cum Sigeberto & Guntran
no fratribus, per plures annos bel- 12
lo decertandum fuit.

SIGIBERTVS auxilio Guntran-
ni Regis & gẽtium Tranſrhenana
rum, Chilpericum bello acriter per 13
ſequitur & in fugam vertit.

SIGIBERTVS Auſtraſiorũ Rex
cùm vrbẽ Pariſiorum occupaſſet,
578 eiúſq; Regem ſe coronari feciſſet, 14
fraude Fredegundis vxoris Chilpe
rici fratris ſui ibi trucidatur, vnico
ſuperſtite filio nomine Childeber-

TRES Longobardorum Duces, Amo, Rhodanus & Zabanus, motibus Galliæ quos Sigeberti mors afferebat excitari, diuiſis agminibus diuerſiſq; itineribus tertiam ir
579 ruptionē in Gallias fecere. Sed cùm Zabanus Valentiam vſq;, Rhodanus verò ad Gratianopolim perveniſſent, occurrente Mumolo cum Francorum Burgundionúmq; manu, turpiter fuſi fugatiq; ſunt. Amo autem ab aliis Francorum ducibus magna prædæ parte, quam ad ſuos è Provincia reportabat, ſpoliatus, ægrè ad ſuos evaſit. Grego. Turo.
580 P. Diaco. lib. 3.

581

SYNODVS apud Lugdunum celebrata ſub Rege Guntrāno. Greg.
582 Tur.

SYNODVS apud Cauillonum ciuitatem à Præſulibus Burgundiæ
583 celebrata, iuſſu Regis Guntranni qui eam vrbem Regiam ſibi ab initio delegerat. Greg. Turo. lib. 5.

AVSTRIGILDIS Guntrāni Re-
584 gis coniux obiit.

MVMOLVS à Rege Guntranno deficiens, Auenionēſem ciuitatem occupat. Deſiderius verò Chilpe-
585 rici Regis Dux fugato Ragnoualdo Duce, ciuitates omnes quæ in Aquitania iuris Guntranni erant, Regi ſuo aſſerit.

A Gun-

to, quem Auſtraſij Regem ſibi conſtituerunt: ſed Pariſij ad Chilpericum redierunt. Bello autem inter Chilpericum & Guntrānum ob Sigiberti cædem exorto, cùm plures belli impetus hinc inde fierent, ſi- 15
gnis collatis acie etiam dimicatum eſt à Mumolo Guntrāni cum Deſiderio Chilperici Ducibus apud Lemouices, cuius victoria Mumolo ceſsit.

GVNTRANNVS liberis orbus de adoptando Childeberto nepote ſuo conſilium init. Interim Erponem Burgundiæ Ciſarariæ Ducem 16
ſeu Præfectum, & pecunia & dignitate multauit, quòd Merouеū Chilperici Regis filium hoſtem à patre indicatum recepiſſet.

SAXONES in antiquas ſuas ſedes (vnde ante annos 14. ſive cum P. Diacono 16. exceſſerant) per Au- 17
ſtraſianum Regnum regreſsi, Sueuos qui illas occupauerant, vt extrudere conati ſunt: illis verò ſtrenuè ſeſe defendentibus, magnam 18
cædem perpeſsi ſunt. Non igitur id ſub Sigiberto cōtigiſſe putandum.

EXPEDITIONES bellicæ in Britanniam minorem à Chilperici Ducibus eo tempore plurimæ factæ. 19

FLAVVS Referendarius (quem modò Cancellariū dicimus) Gunt- 20
ranni Regis.

LEGATI Chilperici ab Imperatore Mauricio cum muneribus ampliſsimis reverſi ſunt: quo tempore 21
Childebertus cum ipſo Chilperico adverſus Guntrannum, à quo Maſſilienſem ciuitatem repoſcebat, ſocietatem init.

Chil-

586 AGVNTRANNO Guntrāni Regis Duce Mumolus in vrbe Auenionenſi fruſtra obſidetur.

LICERIVS Guntrāni Regis hoc
587 tempore Referendarius.

CHILDEBERTVS Auſtraſiorū Rex, accepta ab Imperatore Mauritio non modica pecunia, expeditionem adverſus Longobardos in Italiam ſuſcepit: ſed cùm è re ſua eſ-
588 ſe intellexit eam gentem vniuerſo bello non debellari, accepto ab eis ſtipendio multiſque muneribus & promiſsis domū regreſſus eſt, anno Regni ſui 9. Greg. Turo. lib. 6.

589

EXERCITVS Guntranni Regis adverſus Hiſpaniæ Gothos miſſus, Septimaniæ (quæ etiam Gothia dicta eſt) ciuitates in illius ditionem redegit: ſed ab Hiſpania re infecta propter aëris inſolentiam redire coactus. Quo etiam tempore Chil-
590 debertus ducto in Baioariam exercitu Garibaldū inde deieciſſe, Thaſſilonem verò vniuerſo Baioariæ regno præfeciſſe traditur. Auent.

MASSILIENSIS provinciæ Regionibúſque circumiectis, à Guntranno Rege Patricius ſeu Præfectus datur quidam Nicetius, anno
591 Regni ſui 26. teſte Grego. Turo. lib. 8. Aimonius tamen anno 27. Lendegiſillum quendam Patriciū creatum ſcribit, ſed an alius à ſuperiore fuerit, incertum relinquit.

CHILPERICVS ducto in fratrē Guntrānum exercitu, magnam cladem ab eo perpeſſus eſt, & cum eo tandem paciſci coactus.

CHILPERICVS Pariſiorum & Sueſsionum Rex, fraude vxoris ſuę Fredegundis interimitur, vnico ſuperſtite filio Clotario adhuc infantulo. Quo tempore Childeberto Regi reddita Maſsilia pacem inter eum & Guntrānum reduxit, quæ tamen ſtatim diſsidio ob tutelā iunioris Clotarij exorto diſſoluta eſt. Cùm illā Guntrānus ſibi attribueret, Childebertus verò cùm Regni adminiſtrationem ad ſe revocaret, interea Guntranno ad eas in Aquitania ciuitates quæ ſui iuris antea fuerant recuperandas exercitū mittere licuit.

BRITONES pace cum Francis violata, Vuarocho & Vinaclo comitibus ſuis, in agrum Nannetenſem & Cenomanum irruperunt: Francorum verò copiis in eos adventantibus, ad ſanitatem certò redierunt, teſtimonio Grego. Turo. quo planè refelluntur Annales Britonum qui nobis hoc tempore Alanum quendam Regem citerioris Britanniæ obtrudunt.

GOTHI in vltionem Septimaniæ à Burgundionibus antea deuaſtatæ, viciſsim provinciā Arelatenſem depopulari auſi ſunt. quo tempore pax inter Guntrannū & Childebertum Reges renouata eſt.

IN Theodefredi Patricij Vltraiurani locum, Vuandalmarus à Rege Guntranno circa hæc tempora ſufficitur.

SECVNDA ſua in Italiam profe-
ctione Rex Childebertus ſtipen-
dium Longobardis impoſuit, fide-
592 litatiſq; iureiurandum ab eis exegit
anno Regni ſui 14. Grego. Turo.
lib. 9.

EXERCITVS Guntranni in Se-
ptimaniam iterum miſſus cladem
inſignem accepit, id quod odia in-
ter ipſum & Childebertum nepo- 28
tem refricuiſſe viſum eſt.

CHILDEBERTVS accepta iterum à Græco Imperatore pecunia, rem
tertiò in Italia gerere ſtatuit. Miſsis itaq; 20. Ducibus qui res Longobardo-
593 rum aggrederentur, hoſtes in ciuitatum arciúmq; mœnibus ſe continentes, 29
nec vſquam pugnandi copiam facientes habuerunt. Quare cùm illic tem-
pus populando agros fruſtra tererent, nec vllas Longobardus Rex pacis
fœderiſq; conditiones acceptaret, illis tandem neceſſariò Italia excedendū
fuit. Cùm verò id ſub Rege Aptacario (quem Italici ſcriptores Antharim
vocant) factum fuiſſe, eodémq; anno qui fuit Guntranni 29. Childeberti 15.
illum obiiſſe Grego. Turo. lib. 10. contendat, non ſatis conſideratè eius obi-
594 tum Onufrius an. 588. aſcripſiſſe videtur. quod & aliis argumentis alibi fa- 30
cilè comprobare licebit: Non abſq; mendo tamen vel oſcitatione videtur
Gregorius annum 15. Childeberti cum anno primo Pontificatus Gregorij I.
Romani Pontificis comparaſſe.

AD hunc vſq; annum Gregorij Epiſcopi Turonenſis perducta eſt de Re-
gibus Francorum hiſtoria. Quo (vt ipſemet teſtis eſt) numerabatur Chil-
deberti Regis XVIII. Guntrāni XXXI. Gregorij Romani Pontificis V. &
595 ab obitu D. Martini CXCIIII. Sic enim iuxta eius ſententiam legendum, 31
cùm in vulgatis codicibus mendoſè CCXVIII. habeatur. Conſtat enim Gre-
gorium ex ipſiuſmet Epiſtolis electum fuiſſe Indictione 9. Vnde annum
Pontificatus ſui quintum egiſſe anno ſalutis noſtræ 596. certiſsimum eſt.
Cùm verò Guntranni trigeſimus primus, ſit ab obitu Clodouei aui annus
LXXXII. (Clotarius enim ante Guntrannum ſolus LI. annos expleuerat)
his ſi addantur CXII. qui ab obitu ipſius Martini ad obitum Clodouei ex-
596 currerunt, exurgent anni CXCIIII. Quos tamen ideo à Conſulatu Cæſarij 32
& Attici, quo Gregorius Martinum mortalitatem exuiſſe putat, enumerare
noluimus. Ad hunc enim vſq; annum numerandi eſſent anni CXCVIII. qui
nec ipſius Gregorij calculo reſponderent, & Sulpitij Seueri teſtimonio re-
fragarentur.

GVNTRANNVS Aurelianenſium Burgundionúmq; Rex, naturæ con-
ceſsit anno, quàm poſt obitum patris regnare cœperat, 33. idq; 5. cal. April.
Indictione verò ſecūdum Idatij Continuatorem prima, quam an. 597. mul
ti tradunt. Sepultus autem Cabillone ad Ararim. Huic aūt cùm nulla ſobo
597 les ſupereſſet, vtriq; Regno ſucceſsit Childebertus Auſtraſiorum iam Rex, 33
ipſius ex fratre nepos, teſtamēto hęres inſtitutus & adoptatus. Qui cùm ſe-
cūdum obitū patrui ſui, tutelā Clotarij Pariſiorum Regis ſibi deberi cōten
deret, inde verò occaſionē vlciſcendę paternæ necis, ſcelere Fredegūdis pa-
tratæ, oblatā intelligeret, coacto Burgundionum Auſtraſiorúmq; exercitu
Clo-

Clotarij ipſius cognati ſui Regnum ingreditur: ſed occurrente Landrico
598 militiæ Franciç magiſtro cum Francorum copiis, apud Sueſsiones ingenti 1
ſtrage profligatur: quo bello Fredegundem & ducis & militis munia ſtrenuè obiiſſe in exercitu Clotariano mirando exemplo memoratur.

599 CVM Britonibus Gallias vaſtantibus nulla rememorabili geſta bellatum, niſi quòd hoſtis non incruento milite ceſsit, qui vltrò laceſsierat. 2

VVARNOS, ſeu Vuaruos Germaniæ populos a ſe deficientes Rex Childebertus bello profligauit, & ad fidē redire coëgit. Serenus Epiſcopus Maſ
600 ſilienſis Diuorum ſtatuas & imagines è templis ſuæ Diœceſeos hoc tēpore 3
deiecit.

ANNO poſt Guntranni Regis obitum 4. Childebertus Rex non abſq;
veneni ſuſpicione obiit. Cui cùm duo filij ſuperſtites eſſent, Theodeberto
Regnum Auſtraſianum, Theoderico verò Aurelianenſe & Burgundicum
ſorte obvenit. Sed cùm ij adhuc ſub auiæ Brunechildis tutela eſſent, eius
601 īmpulſu bellum in Regem Clotarium meditari viſi ſunt. Quapropter Clo- 4
toriani in ipſo conatu copias illorum vltro adorti, ad Lorofaum (id loco
nomen eſt) fuderunt & fugarunt, Burgundiámque Ciſararicā de hoſte re-
ceperunt. Quod anſam fortaſſe paulò pòſt Cacauo Hunnorum Duci præ-
buit in Auſtraſiam irrūpendi, adeò vt non niſi accepta à Brunechilde pecu- 1
nia inde pedem efferre voluerit. Aimonius. P. Aemilius. Cæterùm Idatij
Chronicon initium filiorum Childeberti Indictioni 4. aſcribit.

602 FREDEGVNDI Clotarij Regis grandæuæ iam matri ſed audaci & ſupra 2
ſexum muliebrem bellicoſæ, vitæ hic annus finis fuit.

QVINTRIONIS Campaniæ Ducis ſcelere Brunechildis interemti cæde Auſtraſij offenſi, ipſam à ſe expellūt, & ad Theodericum in Burgundiam
603 fugere compellunt. quo tempore Vuarnharius Palatij Burgundici Comes 3
fato etiam conceſsit.

COLENVS natione Frācus Prouinciç Patricius inſtituitur, qui Ni-
604 cetio ſive Lendegiſillo ſucceſsiſſe
videtur.

605

VASCONES crebris incurſionibus Theoderici prouincias infeſtātes, ductus in eos exercitus grauiter coërcuit: & parendi leges quas
606 adhuc non acceperant admittere
coëgit.

Aegila

CVM Theodericus & Theodebertus fratres vlciſcendæ cladis ſu-
perioris ſtudio magnopere arde- 4
rent, conſilio Brunechildis facilè
impulſi ſunt, vt bellū Clotario redintegrarēt. Congreſſç itaq; eorum
acies in Senonum finibus, inſigni
victoria fratres potiti ſunt, qua co- 5
actus eſt Clotarius ignominioſas
pacis leges ab eis admittere. Conuenit enim vt Theoderici imperiū
ad Oceanū vſq; Ligeri flumine terminaretur, Theodeberto verò acce- 6
deret quidquid Franciæ Iſaræ Sequanæq;, item Oceanum vſque interiaceret.

Cum

607 Aegila Burgundiæ Patricius nullo alio demerito quàm Brunechildis odio interimitur. Hunc autem Coleni ſucceſſorē quidam fuiſſe ſuſpicantur. Conſtat tamē ipſum Tranſiuranis minimè præfectum fuiſſe.

608 Bertoaldvs inſignis probitate vir, aulæ Burgundicæ magiſter ſtatuitur à Rege Theodorico: Trāſiuranis verò Protadius poſt Vuandalmari obitum Patricius datur. Appendix Greg. Tur.

609 Bertoaldvs Landricū Clotarij Ducem id finium quod Theoderico attributum erat tentantem, irrito conatu procul recedere coēgit. Ille verò ſupplemento à Clotario accepto, vicißim Bertoaldum Aurelianum vſq; perſequutus eſt, nec eum ad pugnam elicere potuit.

610 Clotario cum ſuo exercitu ſuppetias Landrico ferenti, Theodericus cum Burgundionibus ad Stampas occurrit. Ibi verò tantis odiis pugnatum, vt Bertoaldus fortißimè dimicans ceciderit. Eius tamen virtute accenſi Burgundiones hoſti victoriam eripuere. Ex qua Theodericus Pariſiorum ciuitatem victor ingreſſus eſt.

Cvm Saxonibus res nouas in Francos molientibus, dubio, licet cruento, marte pugnatum. 7

Theodericvs Burgundiæ Rex Hermembergā Vuitterici Gothorum Regis filiam circa hęc tempora duxiſſe videtur: qui tamen vſu connubij cum ea perfrui non potuit, ſiue quòd pellicibus ad inſaniam vſq; eſſet deuinctus, ſiue maleficis artibus irretitus. 8 Quapropter illam à ſe integram annis ſequentibus ad patrem remiſit: qui ea iniuria motus, Clotarium Francorum, & Agilulfum Longobardorum Reges, legationibus ad belli ſocietatem ſecum ineundam, aduerſus Theodericum ſollicitare cœpit: ſed morte præventus nihil adimpleuit. 9

10

611 Theodericvs rebus ſecundis elatus, cùm nefariis Brunechildis auiæ conſiliis aures plus nimio faciles adhiberet, de fratre quoq; Theodeberto deiiciendo (quem illa ex pellice procreatum illi occinebat) cogitare cœpit. Sed cùm caſtra ſua non procul ab illo locaſſet, Burgundionum paci ſtudentium tumultu militari, Protadius qui belli faces incendēbat, interemtus eſt. 11 Quo exemplo territus redire in gratiam cum fratre Theodeberto coactus eſt, deinde ſuo Prætorio Claudium quendam genere Romanum præfecit.

Vuol-

VVOLFVS Burgundię Patricius
&, vt quibuſdam placet, Provinciæ
612 Præfectus, Brunechildis artibus oc 12
ciditur.

COLVMBANVS vir auſteritate vitę clarus, multorum cœnobiorum con
ditor, & Monaſticæ diſciplinæ in Galliis reſtaurator, cùm Regis Theoderi-
613 ci nothos, quos ille regio cultu educabat, in Regnum eius nunquam ſucceſ 13
ſuros conſtanter prædiceret, ab eo in exilium pulſus eſt, & à Clotario Pari-
ſiorum Rege exceptus. Cui fatidico quoq; ore prædixit, non ſolum Theo-
derici, ſed etiam Theodeberti fratris opes ad ipſum intra biennium trien-
niúmve perventuras. Qua ſpe cùm vterq; in ſuas quiſque partes illum lega- 14
614 tionibus pollicitationibúſque ampliſsimis pertrahere conaretur, neutri ſe
addicere voluit. Aimo. & Grego. appendix. Continuator tamen Idatij Co-
lumbani acceſſum ad Clotarium aſcribit Indictioni XII.

THEODERICVS otij diuturni impatiens, res nouas rurſus adverſus fra
trem moliri auſus eſt. Sed cùm illum multo ſe paratiorem deprehendiſſet,
ei vt pacem redimeret, quatuor Comitatus nobiliſsimos tradere coactus
eſt, Turonenſem, Campaniēſem, Alſatienſem ſive Aliſatium, & Sugitēſem,
quem Suuitenſem Lazius mavult appellare: exiſtimat enim pagum fuiſſe
Ducatus Tranſiurenſis, qui poſtea Aduocatiæ Turegienſis nomine nuncu-
615 patus ſit. Licet Suuitarum nomen ſit omnium ferè opinione longè recen- 15
tius. Verumtamen niſi locus hic ſit apud Aimonium lib. 3. cap. 96. deprauа-
tus, videtur illorum Comitatuum appellatione provincias illas ſignificaſ-
ſe, quibus talia nomina poſtea ſunt attributa. Nec enim auſim affirmare Al-
ſatiæ nomē eóſq; fines iam tum ei regioni quæ illas nunc obtinet fuiſſe. ſic-
vt etiam veriſsimum eſt, Campaniæ Comitatum nullum tunc adhuc ex-
titiſſe. Mirum verò Theodebertum Turonenſem ab Auſtraſia tantopere
diſsitum elegiſſe. Cæterum Alemani repētinam hanc pacem multum acce-
leraſſe viſi ſunt. Theodeberti enim partibus ſtudētes magno agmine Tranſ
616 iuranas provincias aggreſsi erant, & Vltraiuranos Ducibus Cambeleno & 16
Herpino ſive Herpone ſibi occurrentes, ſignis collatis devicerant, nullóq;
indè repugnante Iurenſem Burgundiam prædis, cædibus, incendiis perva-
ſtabant. Aimonius.

THEODERICVS iam liber metu, fratri exitium rurſus moliri cœpit, ac
ne ope propinqua iuuaretur, Clotarium temporis opportunitatē operien-
tem adduxit, vt aut ſe iuuaret, aut tacitum ſpectatorémq; ſe præberet, mer-
cede habiturum, quæ illi Theodebertus de eius ditione oppida, finéſq; pace
infami antea abſtuliſſet. Quieſcente Franco, inter Burgundiones Auſtraſia-
617 nóſque duobus cruentiſsimis præliis dimicatum eſt. Victor Theodericus 17
primò in Campania Tullenſi, atq; iterum ad Tolbiacum, fratrem fugien-
tem aſſecutus, retractum Cabillonum in cuſtodiam miſit: in qua illum (reli-
quis de eius morte tacētibus) Brunechildis iuſſu trucidatū ſcribunt Chron.
Benignianum, & Auentinus.

THEODERICVS duorum potentiſsimorum Regnorum potens, & re-
centis fœderis immemor, in Clotarium mouere cogitabat, ſed diſenteriæ
morbo correptus, aut (vt aliis placet) epoto ab auia veneno deceſsit, anno
regni ſui 18. qui Clotarij fuit 31. Quatuor autem illi ex pellicibus liberi ſu-
perſtites fuiſſe traduntur, Sigibertus, Chorbus, Childebertus, atque Mero-
ueus: ex quibus Sigibertum Brunechildis Tranſrhenanarum gentium ope
ad Regni paterni faſtigia evehere conata eſt. Sed Arnulfo atq; Pipino Au-
ſtraſiæ primoribus obſiſtentibus, poſtremò etiam Vuarnhario Palatij Au-
ſtraſiani Comite ipſum Sigibertum in acie ad Catalaunum prodente, Clo-
tarius Regni tam Auſtraſiani quàm Burgundici compos effectus eſt: adeo
vt rebus illic ex ſua ſententia conſtitutis, Rhadonem Magiſtrum Equitum
ſive Prætorio Præfectum (quem tamen Magiſtrum aulæ vocabant) rerúm-
que adminiſtratorē Auſtraſianis reliquerit, Burgundionibus verò Vuar-
nharium magni in eorum aula nominis, Tranſiuranis autem Herponem
(quem neſcio quo iure Paradinus Albonem appellare maluit, cùm Francus
618 genere fuerit) qui tamen Patricius ſolummodo nuncupatur, & Richome-
ris in ea dignitate ſucceſſor quibuſdam viſus. Aemilius autem addit ſe tunc 18
Clotarium iureiurando etiam adſtrinxiſſe, nunquam Magiſtratus illos ab-
rogaturum, quoad in fide officióque erga ſe permanerent. Quæ tamen de
Brunechildis ſupplicio ſceleribúſque ſcripta ſunt, magna ex parte fabuloſa
eſſe illi videntur, licet à vetuſtiſsimis probatiſsimiſque autoribus prodita
teſtatáque ſint. Quorum etiam teſtimonio conſtat, ex omnibus Theodori-
ci filiis nullum effugiſſe necem, præter Childebertum, quem tamen fuga e-
lapſum nuſquam poſtea comparuiſſe, nec de eo quidquam auditum fuiſſe
affirmant. Vnde ſtemmatis generiſq; Hapſpurgici autor credi poſſet, niſi à
Sigeberto illud emanaſſe Hapſpurgicæ ſtirpis inveſtigatores comminiſce-
rentur, aut Theodeberti, non Theodorici filium pertinaciter nominarent.
Cùm tamen ab ipſo Theodorico omnem Theodeberti maſculam ſobolem
penitùs extinctam fuiſſe, cæteri omnes vno ore conſtanter aſſeuerent, lon-
gè etiam aliam Hapſpurgicæ familię originem fuiſſe Albertus Argentinen-
ſis arbitratus eſt.

TRANSIVRANI, ferox hominum genus, & tunc ſui iuris propè effecti,
Herponem Patricium ſuum vitia apud eos licentia temporum nata emen- 1
619 dare conantem interemere. Cùm verò occidendi eius autor extitiſſet Ale-
theus, generis nobilitate magníſque opibus inter Burgundos clarus & po-
tens, vt ſcelus ſcelere, ſceleriſq; pœnas redimeret, nefaria quædam conſilia
620 in Regem Reginámque per Epiſcopum Sedunenſem meditari auſus eſt. 2
Quæ cùm illi ex ſententia non reſpōdiſſent, indicio procerum condemna-
tus capite multatus eſt. Sed Sedunenſis longè mitior fuit pœna.

CLOTARIVS vocato ad ſe Vuar-
nhario Burgundici Palatij Comite,
621 cæteriſq; Burgundiæ Præſulibus &
Primatibus, Concilium gentis ad
Bono-

EPOREDIA Secuſióque cùm in
fide Francorum tunc eſſent Orato-
res, non à Rege Agilulfo qui iam 3
obierat, ſed ab eius filio ad Clota-
rium

Bonogellum habuit, quod quid-
quid è re dignitatéq; ipſorum eſſe
622 viſum eſt conſtituit, nec quidquam
quod dari honeſtè poſſet petenti-
bus denegauit. Qua comitate Bur-
623 gundionum animos in ſe adeò con
firmauit, vt nullus Rex vnquam
maiori fide religionéq; cultus ob-
624 ſeruatúſq; ab eis fuerit. Aimonius.
P. Aemil. ſecundum quos hæc Re-
gni illius Francici anno 340. con-
625 tigiſſe dicuntur.

CLOTARIVS mortua vxore ſua
Bertrude, aliam ſuperduxit nomi-
ne Sichildem.

626

MERCATOR quidam nomine
Samo, ex vrbe Senonenſi oriũdus,
627 cùm mercaturam facturus in Sla-
uorum, qui Vuinidi dicebãtur, Re-
gionem ſe contuliſſet, ipſi Genti au
tor fuit vt ſe Duce armis ſumtis
628 Hunnorum iugum à ſe excuſſerint.
Quare cùm id feliciter illis ſucceſ-
ſiſſet, illum ſibi Regem eſſe volue-
runt. Deinde cùm illis admodum
acceptus eſſet, Regnum ſuum adeo
firmũ & ſtabile reliquit, vt ad quar-
tam vſq; ſtirpem poſſeſsio eius de-
629 ſcenderit. Id verò anno Regni Clo
tarij 40. Aimo. Appendix Grego.
Tur. Cęterùm ab iſtis Vuinidis ſive
Vuenedis quos omnes iſtius & ſe-
quentium temporũ ſcriptores Sla-
uicæ

rium Regẽ venerũt, qui ſuis mune
ribus apud Conſiliarios Regios i-
ta effecerũt, vt illa duo oppida Rex 4
non ſolùm non difficulter reddide
rit, ſed etiam tributum quod antè
Francis Regibus pẽdere conſuê- 5
rant penitùs remiſerit, & fœdus ice
rit quod ad Pipinum vſq; Franco-
rum Regem ſanctum perſeueraſſe 6
viſum eſt.

7

DAGOBERTO ex ephebis exce
dente Clotarius partẽ Regni Au-
ſtraſiani ſub Regis titulo admini-
ſtrandam dedit: Pipinum verò &
Arnulfum Metenſem Epiſcopum
Auſtraſiæ primates, vt eorum con-
ſiliis vteretur adiunxit, idque anno 8
Regni ſui 39. Aimonius. Append.
Grego. Tur. & vetuſtiſsima monu-
menta. Qua ratione Idatij Conti-
nuator tradit illum regnaſſe anno
XXIIII.

CVM Saxonibus Tranſrhena-
nas provincias depopulantibus,
Dagobertus primùm atque iterum
Clotarius cruento marte, licet feli- 9
ci, pugnarunt.

10

DAGOBERTVS ducta Come-
trude Sichildis nouercę ſuę ſorore,
quidquid Auſtraſiani Regni ſuper-
erat, à patre accepit. Aimonius. Su-
ple. Greg. Turo. 11

nicæ originis fuiſſe vno ore fatētur
potius quàm à Vuandalis Germa-
niæ tractum illũ qui Vuandem ho-
die dicitur nuncupatum fuiſſe cre-
diderim, tametſi Melāchthoni & a-
liis aliter viſum fuerit.

Vvarnhario aulæ ſeu prętorij Burgundionum Præfecto vel
Magiſtro morte ſublato, Godinus
filius eius nouercam ſuam vxorem
duxit, anno Clotarij in Francia 43.
630 ſed ea iuſſu ipſius Clotarij dimiſſa,
inceſti matrimonij veniam depre-
cante Dagoberto impetrauit. Ni-
hilominus cùm eſſet ipſi præſtan-
dum iuſiurandum Aureliani ad A-
niani & Turonis ad D. Martini a-
ram, quòd nihil mali vnquam de Rege cogitaret, in itinere, non inſcio Clo-
tario, occiditur. Hinc cùm de ſufficiendo in locum Vuarnharij nouo aulæ
Præfecto deliberatum eſſet, communi Burgundionum cōcilio reſponſum,
631 Burgundiones contentos eſſe velle Dei Regiſque ſolius imperio. Atque ex 13
eo tempore Burgundia illo Magiſtratu viſa eſt caruiſſe, vſq; ad Clotarij ſe-
cundi tempora. Aimo. lib. 4. cap. 14.

S. Galli in Heluetia, ſeu mino-
re Burgundia vrbs, B. Gallo D. Co-
lumbani diſcipulo Cœnobium illic
condente exordium ſumit. Mun-
ſterus. Id verò ſic accipiendum eſt,
quòd dum Gallus eum locum habi- 12
tare cœpiſſet, Cellam tātummodo
illic primum extruxit quæ paula-
tim in cœnobiũ excreuit, quod tan-
dem oppido originem attulit. Sim-
lerus.

Clotarivm totius Monarchiæ Franciæ Regem, annum iam Regni
ſui in Francia 45. in Burgundia verò 14. agentem, naturæ conceſsiſſe plu-
rimorum autorum teſtimonio conſtat: maximè verò Supple. Grego. Turo.
632 & Chro. Benigniani atq; etiam alterius vetuſtiſsimi autoris, relictis duo- 1
bus ex duabus vxoribus liberis, nempe Dagoberto (qui cùm iam Auſtra-
ſiæ imperitaret, ætatis prærogatiua Neuſtriam Burgundiámque ſibi conti-
nuò adiunxit) & Ariberto, cui Dagobertus Aquitaniam ſub Regni nomi-
ne (ſcilicet quod Ligeri flumine & Pyrenæis terminaretur) conceſsit.

Svintilla (quem noſtri ſcriptores Santillam vocāt) Vuiſigothorum
in Hiſpania Rex, moriens filium Rachimirum reliquit hæredem, qui cùm
paucis menſibus patri ſupervixiſſet, duos etiam ſibi ſuperſtites liberos ha-
buit, quorum qui Suintillæ nomen gerebat, cùm Gothis acceptior eſſet,
Regno potiturus eſſe videbatur: ſed Siſenandus frater eius auxilio Dago-
633 berti Regis vſus, qui ad illum nobilitatem, militiámque Burgundionum 2
Abundantio & Venerando Ducibus tranſmiſit, Regnum fratre deiecto ſibi
ipſi aſſeruit. quare pecuniam inde tributi vice ad ædem D. Dionyſij abſol-
uendam reportatam ferunt. Hæc ab Aimonio & Appendice Grego. Turo.
(quamvis paulò aliter explicata) anno Regni Dagoberti octauo aſcripta
eſſe videtur: ſed cùm ex eorum ratione & Hiſpanicis hiſtoriis conſtet Siſe-
nandi Regnum inchoatum fuiſſe circa annum 633. ſecundo potiùs Dago-
berti

Anni Christi.			Anni Regum Burgund.
	berti anno(qui tamen octauus fuit poſtquam Auſtraſię dominari cœperat) attribuenda fuerunt. non deſunt enim ex vetuſtioribus autoribus qui ab eo tempore regnum eius enumerant.		
634	VASCONES ab officio deſciſcentes, Aribertus Brunulfi auunculi ſui ductu feliciter coërcuit, regniq; ſui limites ad Vuiſigothorum vſq; fines propagauit.		3
635		PICTONVM ciuitas rebellionis Vaſconum conſcia excidio ferè à Dagoberto deleta eſt.	4
636	VVILLIBALDVS Prouinciæ ſeu Tranſiurenſis Burgundię Patricius ſive Præfectus hoc tempore.		5
637	DAGOBERTVS Regni ſui prouincias ſancto propoſito peragrare ſtatuens, Burgundiam adit, vbi tanta manſuetudine cum tota ea gente egit, vt ius ipſemet diceret, querelas querimoniáſq; omnium æqua aure audiret, orbos, liberos, viduas, tenuiores, inopes à potentiorum vi iniuriáque aſſereret: optimates verò pro ſua quemq; maiorúmve nobilitate, dignitate virtutéque coleret. His autem artibus vtens vrbes circumiuit Lingones, Diuionum, Cauillonum, Heduos, Antiſsiodorenſes, Senones, vbiq; tranquilla pace legúmque moderatione & priſcorum inſtitutis res fouens. Id quod anno Regni ſui 6. contigiſſe in Chro. Benigniano obſeruatum eſt.		6
638		BRVNVLFVS Ariberti Regis tutor & auunculus Dagoberto multum inviſus occiditur.	7
639	SERVATIVS & Paternus Oratores miſsi Conſtantinopolim fœdus cum Imperatore Heraclio inierunt.		8
640	Ex contumelioſo verbo Slaui (qui & Vuinidi) irritati, Auſtraſianis prouinciis Samone Rege vim inferunt. Aimo. Ex Alemaniæ Ducatu in plures principatus diſtracto à Rege Dagoberto, Alſatiēſis Comitatus exurgit. Munſterus. quod tamen nullo vetere teſtimonio mihi adhuc innotuit.	ARIBERTVS Aquitaniæ Rex moriens filiū reliquit paucis menſibus ſibi ſuperſtitem: quapropter in vacuam omnino Aquitaniæ poſſeſsionē init Dagobertus, ſicq; res Francica in vnum rurſus coiit.	9
641	SAXONES ſuſcepta Slauorum coërcendorum prouincia, modò vectigali quod Franco Regi pendere quotannis conſueuerant leuarentur, fidem præſtare conati nequiuere, Aimo. Supple. Greg.		10

CVM ad depellendos Slauorum conatus non ſatis Saxonum promiſſa
valuiſſent, neceſſe fuit Dagoberto ſuam Auſtraſianis Regiam reddere, vti
cùm Transrhenanæ prouinciæ Auſtraſianis attribuerentur, tanquam pro
domeſticis opibus gloriáq; maiore animo conſtantiáque in Slauos bella-
642 rent. Quapropter datum illis Sigibertum maiorem filium in Auſtraſiam 11
cum Chuniberto Coloniæ Pręſule & Anchiſiſo Duce (vt habet Chronicon
Benignianum, licet Aimonius Adalgiſum vocet) Palatij præfecto pueritiæ
eius moderatore miſit: quæ res inuictos Auſtraſianos effecit. Aimo. Sup-
plem. Greg. P. Aemil.

643 SECVNDVS ex Nautilde Regina Dagoberto naſcitur filius nomine Clo 12
doueus, quem paulò pòſt Neuſtriæ Burgundiæq; Regem pater deſignauit.

SADRAGESILLO Aquitaniæ Duce à quibuſdam occiſo, cùm filij necem
644 patris non perſequerentur, bona paterna fiſco Dagobertus adiudicauit. 13
Ad leges Romanas, inquit Aemilius, liberorum querimonias legans, quæ
impunita nece parentis liberos hæreditate arcerent. Aimonius.

VASCONES à fide officióq; deficientes, Dagobertus miſſo in eos Bur-
645 gundionum exercitu, cum Andoëno Referendario & duodecim Ducibus, 14
inter quos fuit Vuillibaldus Patricius ex Burgundionica nobilitate, ad ſa-
nitatem reduxit. Eodemq; exemplo Iudicaildem Regium nomen apud
646 Britãnos nuper vſurpare auſum, leges parendi accipere coëgit. Aimonius. 15
Supple. Chro. Benig.

647 16

DAGOBERTVM profluuio ventris obiiſſe Spineti propter Sequanam
4. cal. Febr. anno poſt patris obitum 16. non autem 14. atque Regni ipſius
648 decimiſeptimi initio, omnes vetuſtiores Hiſtorici qui extant (demto Sigi- 1
berto) teſtantur. Id enim poſt Aimonium & Supple. Greg. Tur. Chronicon
cœnobij D. Benigni, aliíque non pauci manuſcripti affirmant. Cæterùm
inter Regis defuncti filios extrema patris voluntas tantum valuiſſe viſa
eſt, vt Sigibertus maior modũ cupiditati ſuæ ſtatuens, Auſtraſiano Regno
649 contentus eſſe voluerit. Cæteram verò Galliã quæ Neuſtriæ Burgundiæq; 2
regna cõplectebatur iuniori fratri Clodoueo, quem alij Ludouicũ dixerũt,
reliquerit: ob cuius adhuc pueritiã res ab Ega Palatij præfecto regebantur.

IN locum Egæ Palatij Francorum magiſtri hoc anno demortui ſuffectus
eſt Aerchinoaldus. Pipinum verò Auſtraſiani Prætorij præfectum eodem
650 tempore obiiſſe, Aimonius autor eſt, licet Chro. Benignianum Anchiſiſem 3
fuiſſe dicat.

IN communi Francorum Burgundionúmque Concilio Flaucatus gene-
651 re Francus, Burgundionum Prætorio præfectus eſt. At cùm Vuillibaldus 4
652 Tranſiurenſium Patricius illi parere recuſaret, euocatus ad Regem, in He-
duorum finibus Flaucato occurrit, pugnáque commiſſa cecidit. Flauca- 5
653 tus tamen hoſti ſuo vndecim tantùm diebus ſuperſtes Diuione, vbi illum
fatalis hora apprehendit, ad D. Benigni ædem ſepultus eſt. poſt quem nul- 6
la

Anni Chriſt. *Anni Regum Burgund.*

654 la extat alicuius alterius Prætorij ſive Palatij Burgundici Præfecti memo- 7
ria, prǽterquam vnius, qui in Commentariis cœnobij D. Benigni Anbedo
655 nuncupatur. Satis eſt quod conſtat Burgundiones eoſdem Reges quos 8
Franci habuiſſe, vſque ad Carolum Martellum Francorum Principem.

656 9

657 10

SIGIBERTVM Auſtraſiæ Regem anno ætatis ſuæ 26. Regni ſui in Au-
658 ſtraſia 16. vel 17. Februariiſque calendis obijſſe in monumentis cœnobij D. 11
Michaëlis in Lotharingia, invenio vnico ſuperſtite filio Dagoberto adhuc
659 infantulo, quem Grimoaldus aulæ Auſtraſianæ magiſter attonſum ad a- 12
micos in Scotiam ablegauit, vt in eius locum Childebertum filium ſuum
660 à Sigiberto adoptatum Auſtraſiis Regem daret. Sed illis indignè id feren- 13
tibus, Clodoueus evocatur, cuius Palatij præfectus Aerchinoaldus, ſive, vt
661 Chronicon cœnobij Ebersheimenſis habet, Erbonaldus, Childebertum 14
prælio victum occidit: Grimoaldum verò captum Lutetiam ad ſupplicium
mittit. Secundum quam victoriam Childericus trium Clodouei filiorum
662 ætate medius Auſtraſiis Rex datur, adiuncto illi Vualfando ſeu Vuallafri- 15
do, qui Palatij illius Præfecturam gereret.

663 16

CLODOVEVS anno Regni ſui 16. multorum autorum teſtimonio deceſ-
664 ſiſſe ſcribitur. Quanquam Sigibertus 17. & Chronicum Benignianum 18. 17
665 tradiderunt. Ex tribus autem filiis quos illum reliquiſſe conſtat, Clotarius
ſtirpis maximus, nulla re niſi ſeſta pace nobilis, Regnum Burgundicum 1
666 cum Francico 4. annis tantummodo obtinuit. Erchinoaldo ſeu Ercembal-
do, aut vt alij malunt Aericho Palatij eius res adminiſtrante. Quo etiam 2
667 poſt aliquod tempus mortuo, Ebroinum in eius locum admiſit. 3

668 4

CLODOVEVS nulla ſobole ſuperſtite cùm obiiſſet, Franci Ebroini Præ-
669 fecti factione, Theodoricum fratrem eius iuniorem Regem ſibi aſſumunt. 1
670 Is verò Childerico Auſtraſiæ Rege armis ſuum ius perſequente, cauſa infe-
rior, armis etiam victus abdicare coactus eſt. Ebroinus autem in Burgun- 2
671 diam ad Luxouienſe cœnobium tondendus ablegatur. Hoc modo Chil-
dericus magna omnium expectatione Regnum Francicum ac Burgundi- 3
672 cum iniit. Spem verò de ſe conceptam ſuperbè & crudeliter imperitans fe-
fellit. Vnde cum Clotario fratre eius omnem Meroningorum Regum glo- 4
673 riam indolémque interiiſſe omnes Hiſtorici obſeruarunt. Equitum autem
magiſtros, ſimulatione Regiæ maieſtatis tegendæ, de adminiſtratione re- 5
674 rum pro ſuis quoſq; opibus maiore audacia decertare cœpiſſe: tandem ve- 6
rò

rò ad id faſtigij conſcendiſſe, vt Regibus luxuriæ, ſocordiæꝗ ſe mancipan-
675 tibus omnem vim dominandi in ſeipſos tranſtulerint, nihil præter Regis 7
inutile nomen Regibus relinquentes.

676 8

677 Leodegarivs ſub Childerico palatio Regio præfuiſſe, Idatij conti- 9
nuator teſtis eſt, cùm tamen alij Eduorum Epiſcopum fuiſſe tradant.

678 10

Lvpvs Aquitaniæ Dux hoc 11
679 tempore. Rodericus Toletanus.

Childericvm annum 12. iam regnantem, Badilius quidam nobilis
680 (quem graui iniuria affecerat) ex inſidiis adortum, cum Regina vterum ge- 12
rente interemit. Quamobrem Vlfoaldo Equitum eius magiſtro, ſe fuga in
681 Auſtraſiam proripiente, Franci Theodericum in ſolium Regium reſtituére: 1
ſed cui Lendeſium, ſive Leodiſium Ercenibaldi filiũ magiſtri Equitum mu-
nus gerere voluerunt. Ebroinus tamen relicto Monachatu, ingentem ſce-
682 leratorum perditorúmꝗ manum ad ſe accurrentem collegit, quorum ope 2
ſumma celeritate vſus hoſtes ſuos opprimit, & Gazam Regiam intercipit,
tandémꝗ Regis ſeſe ei committentis Regnique adminiſtrationem recipit.
683 Lendeſio perfidioſè interemto, cuius nece nondum ſatiatus ſæuire quàm 3
immaniter in eos quos ſibi in calamitate inſultaſſe ſentiebat, nec ſanctitati
nec dignitati cuiuſquam parcẽs perſeuerauit, adeo vt Leodegarium Eduo-
684 rum Epiſcopum morum ſanctitate venerabilem, eiúſque fratrem Gueri- 4
num atrociſsima morte peremerit. Chronicon Ebersheimẽſis cœnobij ad-
dit Lendeſium illum reliquiſſe filium nomine Ethiconem, ſive Atticum, qui 5
685 duxerit vxorem ſororem Reginæ, quæ ipſius Leodegarij ex ſorore neptis
erat. Qua ratione Regem illi Alemaniæ Ducatum dediſſe, qui Alſatiam, 6
686 Sueuiam, & ſuperiorem Germaniam ſub ſe continebat.

Vlfoaldo Auſtraſiano Prętecto mortuo Pipinus cognomento Craſ-
ſus, ſeu Heriſtellus Anſigiſis filius, ab Auſtraſijs Dux ſalutatur, addito ei col 7
687 lega Martino eius patruele: adverſus quos Ebroinus cum copiis ſuis pro-
perans, vtrumꝗ collatis ſignis in agro Laudunenſi fundit fugátꝗ.

Dvm verò Ebroinus crudelitati ſæuitiæꝗ ſuæ modum finémque nun-
quam imponit, vitæ ſuæ finem tandem nactus eſt ab Hermenfredo quo- 8
688 dam per inſidias interemtus. Eo modo Vuarato vir clariſsimus, eius loco
Prætorio Præfectus, pacem non diuturnam Auſtraſianis reddidit. Mox e-
nim à Giſlemaro filiò dignitate deiectus eſt, quam tamen ipſemet cùm in-
duiſſet Auſtraſianóſꝗ aggredi iam cogitaret, morte inopinata præventus 9
689 relinquere coactus eſt. Ex quo cùm illam pater recuperaſſet, fato ſuo inter-
ceptus eandem Bertario genero ſuo eodem anno rurſus reliquit.

Avstrasii amiſſo Martino, re-

Pipino in Auſtraſiam profici-
ſcente

Anni Christi. | Anni regum Burgund.

rerum ſuarum arbitriū vni Pipino
detulerunt, qui collecta exulū Fran
690 corum manu Theoderici Regis a-
cies ad Textritium fudit fugauitq́ꝫ.
Mox etiam Bertario à ſuis occiſo,
691 vtriuſque Regni atque adeo vni-
verſæ Galliæ moderamina Regé-
692 que ſeſe ei committente adeptus
eſt. Sub quo deinceps Francia in
693 vnum coiit, ſplendorémque ſuum
recuperare cœpit, quæ bellis ciui-
694 libus exortis in tot membra diſſe-
cta fuerat, vt nomē eius prope ſub-
695 latum eſſet. Eo enim tempore A-
quitani Vaſconéſque non indi-
696 gniores ſe Auſtraſiis rati, Princi-
pem Ducémque proprium ſibi con
ſtituiſſe viſi ſunt. Septimania verò
697 quæ & Gothia, dicebatur, ad Vuiſi-
gothos rediit, adeò vt poſtea neceſ
698 ſe fuerit Carolo Martello eas Gen-
tes armis ad obſequium reducere.
Quis verò fuerit tunc Burgundiæ
ſtatus, planè incertum, nullo autore
699 qui extet id nobis explicante.

REGIBVS ſocordiæ luxuriæq́ꝫ
ſeſe penitùs mancipantibus, ac illa
700 magni Clodouei indole exoleta,
tanta potentiæ, autoritatiſq́ꝫ incre-
menta magiſtrorum Equitum ſeu
701 Prætorio Prfectorū dignitas ſum-
ſerat, vt in iis vis omnis dominā-
di reipſa, in Regibus verò nomine
tantùm conſtituta eſſet. Quantum
702 enim ſuperiores Reges gloria & fi-
nium propagatione ducebantur,
tantum iſti remiſsione curarum &
voluptatum illecebris felicitatem
metiebantur. Cùm toto anni tem-
703 pore deliteſcerent, ſolis Maij calen-
dis in publicum prodibāt cum Re-
gio

ſcente Nordebertus vices eius in
aula Regia gerere iubetur. 10

SAXONES & Sueui occaſione 11
bellorum ciuilium animos adeo
ſuſtulerant (præſertim cùm eos diſ- 12
ſimulatione præterire perdiu ne-
ceſſe fuiſſet) vt à Pipino in fidem 13
reuocati redire noluerint. Qua-
propter ſuſcepto aduerſus eos bel-
lo, præliis, perſeuerantia longáq́ꝫ 14
die ita eos fatigauit, vt parendi tan
dem leges à ſe recipere coëgerit. 15

16

17

18

THEODERICVM Francorum
Regem obiiſſe anno poſtquam re-
gnare cœperat 19. Aimonius cum 19
G eg. Tur. Supple. & Adone teſtes
ſunt, licet non deſint qui 14. tantùm
id accidiſſe dicant. Cęterùm ſucceſ- 1
ſorem ſibi reliquiſſe filium ſuum
Clodoueum certum eſt, eúmq́ꝫ tam
breuis æui fuiſſe, vt annos ſolum-
modo duos in ſolio Regio exegiſ- 2
ſe, aut ad ſummū quatuor feratur.
CLODOVEVS Rex moriēs Chil
debertum fratrem ſuum Regni o- 1
púmq́ꝫ ſuarum hæredem ſucceſſo-
rémq́ꝫ habuit.

MORTVO Nordeberto, Grimo-
aldus Præfecti Prętorij vices in au-
la Regis pro patre Pipino geſsit. 2

Anni Chriſti.			Anni Regum Burgund.
704	gio apparatu & pompa, nempe ad publicum populi ſui conventum, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrabatur. Campus enim erat (Martius nuncupatus) quo carpēto bubus tracto (quos Bubulcus ruſtico more agebat) vecti, ſui copiam ibi faciebāt ſalutationes, muneráq; accipientes & dantes quaſdámq; præterea Regis vices velut obeuntes: reliquis verò temporibus rerum omnium curam Præfectis ſuis relinquebāt. Eginhardus, Theodulfus. P. Aemilius.	FIRSII bello à Pipino cū Rabodo eorū Rege ſubacti ſunt, & cùm idolatrię adhuc addicti eſſent, Chriſtianos Sacerdotes audire coacti.	3
705	PIPINVS ſpreta Plectrude coniuge ſua, Alpaidem pellicem in deliciis habebat. Qua de re cùm Lambertus Traiectenſis Epiſcopus, morum ſanctitate hoc ſeculo conſpicuus, illam coargueret, à Dodone pellicis fratre interimitur.		4
706			5
707			6
708	DROGONI Campaniæ Duci Pipini filio mortuo, Theobaldus filius auo volente in eo Ducatu ſuccedit.		7
709	IN Vuillarium quendam Principem rebellem (quem Burgundum ſuſpicor) Childebertum Regem hoc anno arma mouiſſe, Chr. Benignianum teſtatur.		8
710			9
711			10
712	EPISCOPVS quidam nomine Anepos, ducto Francorum in Sueuos exercitu, qui res nouas moliebantur, magnam eis cladem intulit. Ado.		11
713	QVI Childericum annos 17. regnaſſe volunt, eundem etiam (in quibus eſt Aimonius) ante Pipinum obiiſſe affirmant. Qua de cauſa obitum eius hoc anno ſtatuendum eſſe putauimus, quod & Adonis ſententiæ veritatiq; magis congruit. Dagobertum verò filium eius Regium nomen poſt illum geſsiſſe, vt certum, ita quandiu, planè incertum, propter diuerſas autorum de eo ſententias.		12
714	GRIMOALDO Pipini filio menſe Aprili interemto, Theobaldus filius eius, auo volente, Præfecti munus in aula Regia obire iubetur. Menſe autem Decembri Pipinus ipſe anno Magiſterij ſui 27. naturę conceſsit, cùm iam		1

iam Carolum (cui fortia facta Martelli cognomen poſtea pepererunt) ex
Alpaide pellice ſuſceptum, Auſtraſiis Ducem inſtituiſſet: quem tamen Ple
ctrudis vxor, ſtatim à mariti obitu in carcerem conijcit, vt liberiùs rerum
moderamine cum Theobaldo filio potiri poſſet.

DAGOBERTO Rege (vt videtur) mortuo, Franci (quos Imperij fœminei
tædebat) Danielem quēdam ex cœnobio eductum, mutatóq; nomine Chil
pericum vocatum, Regem ſibi aſſumunt, Prætoriique Præfectum ſub ſe
Ragemfredum agere voluerunt. quamvis alij id viuo adhuc Dagoberto a-
ctum velint. Conſtat tamen ipſum Chilpericum, eiúſque Ragemfredum
hoc anno, fœdere inito cum Rabodo Friſiorum Rege, vires ſuas in Theo-
baldum convertiſſe, eúmq; collatis ſignis in Cocia ſylua deuictum fugaſ-
ſe. Quo tempore Carolus è Plectrudis cuſtodia elapſus, dum res ſuas recu-
perare contendit, Martis aleam cum Rabodo Friſiiſque admodum infelici-
ter ſubire coactus eſt: ſed quod reliquum copiarum erat in tutum recepto,
melioribus adhuc auſpiciis ſe reſeruauit, vt ex Annalibus quibuſdam vetu
ſtiſsimis manu ſcriptis (quibus etiam aſtipulatur aſſenſus Adonis & Sigi-
715 berti) compertum habemus. Qui ab anno 714. ad 881. rerum à Francis per 1
ſingulos annos geſtarum memoriam complectuntur: quorum ideo teſti-
monio, vtpote antiquiore, ſub titulo Annalium veterum plurimum poſtea
vſuri ſumus, cùm autor illorum, cuius nomen intercidit (licet Iordanum Iſ-
naburgenſem fuiſſe Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum pag. 404. aut ſaltem
Volcomarum, cuius meminit lib. 3. pag. 249. nos quodammodo ſuſpicari
faciat) ætate Caroli Calui & eius filij ſe vixiſſe affirmet. Porrò Caroli Mar-
telli principatus annos ab hoc anno enumerare quàm Regum cum Regi-
none, Hermanno Contracto aliiſque ſatius eſſe ducimus, tum quòd certio-
res, tum quòd verius regnaſſe viſus ſit quàm Reges qui pro libidine hoc
tempore creabantur: eorúmq; ius & dignitatem tuebantur tantùm ij à qui-
bus in ſolium Regium euecti erant.

CHILPERICO Ragemfredóq; Auſtraliæ agros populantibus, Plectru-
dis à mœnibus Coloniæ vrbis magno auri pondere recedere fecit. Dum ve
716 rò incompoſiti per negligentiam ſeſe recipiunt, ad Amblauiam magna par 2
te armorum ſpoliorúmq; & impedimentorum exuuntur, Carolo præpara-
tis inſidiis in eos irruente. Annal. vet. Ado. Aemilius.

CAROLVS auctis viribus copias ſuas in apertum educere auſus eſt. Oc-
currentes autem ad Vinciacum in Samarobrinenſium finibus (licet Aemi-
717 lius in Tricaſsibus dicat) 13. cal. April. Chilpericum Ragemfredumq; tanta 3
ſtrage deuicit, vt ab eo tempore hoſtibus ſuis ſuperior ſemper extiterit. An-
nal. vet. Ado. Lambert. Scaffu. quanvis alij id anno ſequenti factũ ſcribant.

CAROLVS Coloniam regreſſus theſauros patris à Plectrude recepit.
Vt verò auguſtiorem apud Francos cauſam ſuam ageret, Clotarium quen-
dam Dagoberti Regis patruum dato ei Regis nomine ſibi adiungit, eóque
718 comitante hoſtes ſuos qui Eudonis Aquitaniæ Ducis ope vires reſumſe- 4
rant, iterum in Campania fudit fugauitque: adeo vt Chilpericus cum Ga-

Anni Christi. | Anni Regum Burgund.

zi Regia in Aquitaniam ſeſe recipere præcipiti fuga coactus ſit. Annal. ve-
ter. Ado.

CLOTARIO Rege fictitio mortuo, Martellus Chilpericum ab Aquita
719 no repetit & pace inita cum parte Gazæ recipit, eúmque ſibi Regem efficit. 5
Annal. vet. Ado.

CHILPERICVS Rex Francorum imaginarius obiit. Quapropter Mar-
tellus in eius locum Theodoricum filiorum Dagoberti poſtremi iuniorem,
720 cui Scalæ cognomen erat, ſuffecit: qui 18. aut 19. circiter annos regnaſſe titu 6
lo tenus, viſus eſt.

RAGEMFREDVM adhuc hoſtem ſibi ſupereſſe Martellus ægreferens,
721 eum Andegaui aſſequitur: ſeſe verò dedētem venia Andibúſque donat, vbi 7
prius Magiſterio renunciare coēgit. Annal. vet.

SAXONES res nouas molientes, & Sueuos, Bauaros, Alemanóſque ſol-
722 licitantes, Martellus ducto in eos exercitu, ad obſequium fidémque redire 8
coēgit.

ALEMANOS Baioarióſque vectigal quod Francis péndere ſolebant, e-
723 xemplo Saxonum recuſantes, Martellus armis imperata facere coēgit. 9

PLECTRVDEM Alemanos Sueuoſq; concitantē, adeo vt Leudeſio Du-
ce rurſus inſurrecturi eſſe viderētur, Martellus cum expedito exercitu inſe-
cutus, ſibi vt dederetur effecit, alios verò ad pacem colendam adegit. Eudo
autem funeſtum perpetuúmque futurum ratus, quod cum Germanis gere-
724 bat bellū Carolus, multa hoſtilia in Francos auſus eſt: ſed celeriùs omnium 10
opinione reverſus Martellus, vniuerſæ Franciæ Concilium habuit, à quo
non Magiſter Equitum ſolummodo, ſed altiore faſtigio Princeps Franco-
rum ſalutatus, copias in Aquitaniam duxit, quæ non priùs populandi fi-
nem fecerunt, quàm ipſum Eudonem in Vaſconiam refugiſſe auditum eſt.
Annal. vet. & Aemilius: licet id Sigeb. in ann. 728. reiiciat.

EVDO ſuis viribus diffiſus Sarracenos ex Hiſpania evocat, qui ductu
Regis Abderamæ ad quadringenta mortalium millia, cum coniugibus li-
beriſque migrātium, velvt ad vberiores ſedes occupandas in Aquitaniam
deſcenderunt, anno (vt inquit P. Diaconus) à ſubacta Hiſpania decimo. 11
725 Vnde id rectius Annal. veteres, & Chro. Benignianū hoc anno quàm 730.
ſtatuerunt: cùm ex Roderico Toletano cæteriſque Hiſpanicis hiſtoriis con
ſtet, Hiſpanias à Sarrazenis ann. 714. & 715. occupari cœptas.

EVDO Sarracenos ſibi hoſtes magis quàm ſui vindices expertus, ad pa-
cem cum Martello ſeſe convertit. Id verò tantopere profuit, vt victoria de
illis in agro Turonico menſe Octobri longè celeriùs faciliúſque parta ſit.
726 Tantam porrò de hoſtibus eo prælio ſtragem editam narrant, vt niſi falſò 12
ſcripta ſit, omnium ſeculorum memoriam ſuperarit. Franci enim hoſtes ve-
riùs immolaſſe quàm occidiſſe, paucíſsimis ſuorum amiſsis, viſi ſunt.

BVRGVNDIONES rebus nouis ſtudentes, Carolus ducto in Burgun-
diam exercitu, præſidióq; Lugduni & aliis ciuitatibus impoſito, in officio
reti-

retinuit: id quod Annal. veter. hoc anno ſtatuunt. Annales vero Gallici, e-
ius motus autorem faciunt Gerardum quendam à Ruſsilone, magnis opi-
bus in Burgundia virum: qui (vt ſcribit D. Begatius in ſuis Commentariis
Burg.) quòd ſe ex vetuſta Burgundionum Regum ſtirpe aſſereret, ampliſ-
727 ſimam rei bene gerendæ occaſionem in tantis Galliæ motibus nactum eſſe 13
arbitrabatur. Sepultum verò ſcribit Pulteriis, cœnobio ad Sequanam ab il-
lo condito, extare etiam illic eius ſepulchrum memoriámque in Martyrolo-
gio: Aualone autem opus illius eſſe D. Lazari templum, vbi teſtamentum
eius aſſeruari dicitur, in quo Carolum dominum ſuum vocat. Cætera quæ
de ipſo ſcripta, fabuloſa eſſe conſtat.

EVDONE fato ſuo functo, Martellus Aquitaniam totā imperio ſuo ad-
iicit: filiȷ verò ipſius, Hunoldus ſeu Vualdus, & Vuaiſarus, paterna hæredi-
tate ſpoliari ſe indignè ferentes, Narbonenſis Galliç populos (quos Aimo-
nius pro Vuiſigothis Vuandalos appellaſſe videtur) in Carolum concitāt,
adeo vt exercitu emiſſo, cædibus, incendiis, direptionibúſque, vſque in Bur
728 gundiam penè omnia devaſtarint. Sed emtione à Senonibus facta, primùm 14
fœdè repulſi, mox Carolo cum iuſto exercitu adveniente, omnino retroce-
dere, nec ſine ſua ſtrage coacti ſunt. Eos autem Aemilius & Hiſtorici recen-
tiores, vt Arrianæ hæreſi adhuc addictos, conviciis contumeliiſque proſcin
dunt: quanquam conſtet Arrianiſmum longo antè tempore in tota Hiſpa-
nia antiquatum, & à Vuiſigothorum gente penitus exploſum.

FRISII Vuiſigothorū exemplo res nouas in Francos Popone Duce Ra-
bodi filio moliri auſi, Carolum in ſe concitarunt, qui eos terreſtri bello è
729 continenti pulſos, inſulis etiam Rheni quibus ſe tegebant claſſe expugna- 15
tis, deditionem facere Chriſtúmque populariter colere & profiteri coëgit,
quo tempore Eudonis filios in Aquitaniam erumpentes, quandā illius por
tionem ad ſe retraxiſſe, audiuit.

SARRACENI fama rerum à Vuiſigothis in Gallia geſtarum exciti, ſpe
vel vlciſcendæ vel obliterandç prioris cladis, in Galliam rurſus Athino Re-
ge duce deſcenderūt, vbi ſocietate cum Vuiſigothis inita Auenionem pro-
ditione Mauritiȷ Comitis Maſsilienſis occuparunt. Inde cùm omnia Fran-
730 cis infeſta redderēt, Carolus præmiſſa cum Childebrando Duce copiarum 16
ſuarum parte, eos intra Auenionem compulit: ipſe interim Burgundiones
vacillantes confirmauit, Lugdunenſéſque ſibi iureiurando adegit. Id quod
cum Annalibus veter. hoc anno ſtatuimus, quo etiam Beda Sarracenorum
luem Gallias vaſtaſſe teſtatus eſt, licet ad priorem eorum eruptionem Si-
gebertus referat.

MARTELLVS recepta Burgundia, Auenionem cum ſuis & Longobar-
731 dicis copiis toto conatu oppugnat. Ea verò expugnata, Athinus Sarrace- 17
norum Rex nauicula elapſus, Narbonam profugit. Annal. vet.

CAROLVS Athinum inſequutus Narbone includit & obſidet: illo verò
732 ſeſe ſtrennè defendente, obſidio toto anno perdurat. Annal. vet. 18

AMORRHAEVS alter Sarracenorum Rex obſeſsis opem laturus, cum

Anni Chriſti. *Anni Regum. Burgund.*

ingenti exercitu ex Hiſpania aduenit, ſed eo ad Illyberim cum tota ſua Gen
733 te cæſo, Athimus relicta Narbona ſeſe præcipiti fuga recepit in Hiſpaniam. 19
Annal. vet.

MARTELLVS dum belli reliquias perſequitur, Sarraceni qui manus e-
734 ius effugerant, repetita claſſe Gallia decedere voluerunt, ſed procella in eos 20
inſurgente ſubmerſi ſunt. Annal. vet.

MAGNAM Sarracenorum ſtragem iterum hoc anno Carolus edidiſſe
in Annal. vet. traditur. Sarracenico autem bello confecto, Mauritium pro-
vincia Maſsilienſi exuit, populóſque qui cum hoſtibus ſenſerant pro arbi-
trio caſtigauit, vrbibus eorum Narbona, Arelate, Auenione, Agathe, Ne-
manſo, Suſtantione, & Biterris, Septimanorum colonia nobili (vt à qua to-
735 ta ea regio Septimaniæ nomen tunc nacta videri poteſt: nunc verò pro Go 21
thicana Ocyrana eſt) aut exuſtis, aut mœnibus ſuis ſpoliatis. Sunt verò qui
Septimaniam à Francis ſæpe victam & impetitam, nunquam tamen perdo-
mitam, in fide Vuiſigothorum ſemper permanſiſſe, huc vſque credunt. At
bellis Magiſtrorum Equitum Gallia conflagrante, ad Vuiſigothos rediſſe
malim.

EAM Galliæ portionē quæ eſt cis citráque Sequanam & Ligerim amnes,
736 vſque ad Caroli Martelli tempora Gandinam provinciam dictam fuiſſe, 22
ab eo verò Franciam Occidentalem dici cœptam, & ab eius nomine Carlin
gam, Gotfridus Viterbienſis autor eſt.

MARTELLVS bello Sarracenico occupatus, Saxones ad rebellionem
ſeſe comparare audit. Ergo é Provincia reverſus tam properanter ad eos 23
737 contendit, vt abſque magno negotio ad ſanitatem eos reducere potuerit.
Annal. vet.

ABSENTE Carolo, Mauritius Burgundionum Provincialiúmque ani-
mos pertentare & ad defectionem ſolicitare auſus eſt. Reverſus verò fugæ 24
738 tantùm locum invenit, ciuitatibus quæ defecturæ videbantur confirmatis,
quiete Burgundionibus Provincialibúſq; reſtituta. Annal. vet.

THEODERICO Regi morte ſublato Childericus frater ſucceſsit, ex Clo 25
739 douei ſobole eorum qui apud Francos Regiū nomen geſſerunt poſtremus.

ROMA à Luitprando Longobardorum Rege obſeſſa, Gregorius tertius
Romanus Pontifex fidem Caroli Principis implorauit. Is verò ſua autori-
tate & gratia, qua plurimum valebat, apud Longobardum effecit, vt ſe mi-
tiorem Romanis præſtiterit. Hinc Romanos Pontifices tutandi Francis
principibus initium extitit, Indictione 14. Anaſtaſius. Aimonius. Blondus.

MARTELLVS conſilio procerum ſuorum Regna provinciaſque quæ
imperio eius ſubiacebant, inter filios ſuos pauló ante obitum ſuum parti-
740 tum fuiſſe Aimonius teſtis eſt: adeo vt Carolomanno Auſtraſiā cum Tranſ 26
rhenanis gentibus adiudicauerit, Pipino verò iuniori Neuſtriam Burgun-
diámque & Provinciam, quem etiam ſtatim in Burgundiam cum Childe-
brando auunculo ſuo ad ipſius poſſeſsionem ineundam (ſic enim Aimo-
nium interpretor) tranſmiſerit. Annales autem vet. Gothis domitis, Saxo-
nibus

nibus & Friſiis ſubactis, Sarracenis expulſis, Provincia verò recuperata, ſeſta pace toto hoc anno Galliam vniverſam quieuiſſe tradunt.

CAROLVM cognomine Martellum Francorum principem 11. cal. Nouemb. hoc anno fato conceſsiſſe omnium autorum teſtimonio receptũ eſt, quatuor ſuperſtitibus liberis, Carolomanno, Pipino, Aegidio Rotomagenſi Præſule, & Griffone: inter quos Carolomannus Pipinúſq; cum res omnes ad ſe traherent, exercitum continuò in Aquitaniam ductarunt, vbi Hunoldus (quem Aquitaniæ Patricium Aimonius vocat) res nouas adverſus illos
741 moliri renunciabatur. Sed rebus illic pacatis, paternas opes iuxta patris ſententiam inter ſe diuiſere, adeò vt Pipino cum Neuſtria Burgundiæ regna remanſerint. Cùm verò Griffo ſe præteritum ægreferret, Landuno occupata portionem paternæ ſucceſsionis repetebat, fratribus tamē ſupervenientibus oppreſſus, ſe illis cuſtodiendum dedere coactus eſt. Annal. vet. Aimonius. Aemilius.

ALEMANOS iuxta Caroli obitum à fide deſciſcentes, Carolomannus ducto in eos exercitu tantoperè perterruit, vt nihil eis prius quàm ad obſequium redire fuerit.

742 CAROLVS qui à rerum geſtarũ magnitudine Magni poſtea cognomen adeptus eſt, Pipini filius naſcitur: non autem in Bauaria, vt falſò ſibi Auctinus imponere voluit.

743 ODILONEM Baioariæ ſive Ducem ſive Regem, Carolomannus & Pipinus iunctis viribus aggreſsi, Regio titulo abſtinere coēgerunt. Annal. veter.

744 CAROLOMANNVS in Saxones profectus, caſtellum quoddam cum Duce eorum Theoderico in deditionem accepit.

745 SAXONES iterum deficientes armis repetiti ſunt, pœnáſq; violatæ fidei amiſſo ſuo Duce Theoderico ſuáq; ſtrage luerunt. Annal. vet.

746 CAROLOMANNVS Auſtraſiæ Rex Monaſticæ vitæ ſtudio adductus, Soractæ Italiæ montem petiit. Ex quo etiam paulò pòſt in Caſsinum tranſiit. Eo modo res Francica iterum ſub Pipini principatu coiit.

747 GRIFFO è fratris elapſus cuſtodia ad Saxones tranſiit. Cùm verò nec ſe ibi tutum ſatis arbitraretur, in Bauariam confugit.

748 THASILLO Bauariæ Ducatu à Griffone pulſus, Pipino adveniente reſtituitur: qui ſecum Griffonem in Franciam ducens, Ducatu (qui Denteleni dicebatur) cum duodecim Comitatibus in Neuſtria donat: quibus ille non contentus, ad Vuaiffarum Aquitaniæ Ducem ſe recepit, & apud eum aliquandiu latuit. Cæterùm illos duodecim Comitatus Iurenſi Burgundiæ potiùs aſcribendos, Lazius in ſua Genealog. Auſtr. craſſo commento per-
749 ſuadere conatur, cùm tamen Denteleni nomen ſatis perſpicuè doceat, ad quam provinciam pertineant.

750 DE Childerico Rege deponendo, Regióq; nomine in Pipinum transferendo agitur, & ea de re legatio ad Romanum Pontificem decernitur.

Auto-

AVTORITATE indulgentiáque Romani Pontificis Childericus Rex
Regno exuitur. Pipinus verò ex Palatij Præfecto primus ſui ſtemmatis Fran
751 corum Rex ſalutatur, anno poſt Clodouei obitum 237. vt omnes ferè recen 10
tiores obſeruarunt: cùm tamen ex Annalibus vet. (quibus Eginhardus &
alij aſtipulari videntur) id anno 752. potiùs contigiſſe videatur.

SAXONES quietis impatientes,
armis ſumtis palàm in Francos
inſurrexerunt. Sed cum Pipino acie
752 cruenta congreſsi, profligati ſunt.

GRIFFO Italiam petẽs, cum neque in Gallia neque in Germania
quidquam ſibi proſperè cederet, à
Theodino (quem nulla autoritate, 11
nullaque ratione Theobertum Lazius appellandum putat) Tranſiuranorũ Duce in itinere occiditur.

A STEPHANO Pontifice Romano in Galliam profugo, Pipinus cum fi-
753 liis vngitur & coronatur 5. cal. Sept. vt ex monumentis cœnobij D. Michae 12
lis apud Lotharienſes teſtatum habeo. ſed id anno 754. aſcribunt, quod a-
lij 753.

CAROLOMANNVS Pipini frater mœrore apud Viennam Allobrogum
defungitur, cùm Regis Longobardi cauſam apud fratrem fruſtra egiſſet.
Pipinus enim eodem tempore in gratiam Romani Pontificis Alpes cum
754 florenti exercitu traiecit, atque Aſtulphum Longobardorum Regẽ ita per- 13
terruit, vt res Romano Pontifici ſe reſtiturum iureiurando datiſque obſidi-
bus obſtrinxerit.

BONIFACIVS primus Moguntinenſis Archiepiſcopus à Friſiis
755 occiditur, quòd ſua (vt plurimi referunt) opera magni Clodouei ſoboles Regno exuta fuiſſet.

ASTVLPHVS iureiurandi immemor, cùm Francos ſemel officio
functos arma iterũ pro aliena cauſa minimè ſumpturos ſperaret, Ro- 14
manos rurſus bello premere cœpit, ductóque exercitu Romam acriter obſidere.

PIPINVS Romani Pontificis patrocinium ſemel ſuſcepiſſe non ſatis ei-
ſe ratus, copias ſuas iterum in Italiam tranſmiſit, Aſtulfum collatis ſignis a-
cie deuicit, deinde Papiæ obſeſſum conditiones priùs impoſitas, non ver-
bis, ſed re ipſa adimplere coëgit: ſcilicet vt quæ ex Romano Ducatu oppi-
da invaſerat, reſtitueret, Hexarchatũ verò Rauennatiũ, cum tota Flaminia 15
756 Aemiliáque Græcis Imperatoribus ereptum, in fidem Romani Pontificis
reponeret. ¶ In quem cùm nullum ius vnquam habuiſſe priores Pon-
tifices cõſtaret, ipſum tamẽ poſteriores Conſtantino Magno potiùs quàm
Francis principibus, vel ingratè, vel parum verecundè acceptum referre
maluerunt.

PIPINO ex Italia redeunti Thaſsillo Bauarorum Rex cum ſuæ gentis
primoribus compendiò occurrit: vbi concilio Francorum habito (quod
757 primi Parlamenti inſtitutionem nonnulli fuiſſe autumant) Francorum be- 16
neficiarium ſe eſſe profeſſus eſt. Aimonius. Ado. Regino.

Saxo-

SAXONIBVS, cùm rebellionem oſtẽtaſſent, à Pipino acie devictis pacis
758 conditiones impoſitæ, vt Francorum Principi quotannis trecentos bella- 17
tores equos tributi nomine repræſentarent.

759 18

VVAIFARVS Aquitaniæ Dux Sacerdotum opibus inſeſtus, eo nomine
760 in Pipini odium incurrit: ſed cùm ipſum in ſe cum exercitu venientem ſuſti- 19
nere diu non poſſet, imperatis eius ſe obtemperaturum pollicitus eſt.

CVM nec Vuaifarus pollicitis ſtaret & excurſiones in Francorum provin
cias faceret, Pipino tamen adveniente turpiter retrocedere coactus eſt, Ar-
761 uerniæq; non pauca oppida ipſius poteſtati relinquere: quibus vbi ſua præ- 20
ſidia impoſuit, hyeme ingruente reliquum copiarum ſuarum domum redu
xit. Annal. vet.

QVIDQVID Aruerniæ ſupererat, quidquid etiam ad Aquitaniam a Le-
762 mouicibus ad Ligerim vſque attinebat, eripi ſibi à Francis Vuaifarus paſſus 21
eſt faciliùs, quàm ſe à contumacia ſua dimoueri. Annal. vet.

NINERVI conventu habito, Aquitanicum bellum quartò Pipinus repe-
tit, nec inde niſi captis populatiſq; multis vrbibus & oppidis receſsit. Quo
763 tempore dum apud illum in Aquitania Thaſsillo Bauarorum Princeps mi- 22
litaret, ſimulato morbo commeatū impetrauit, domúmq; reverſus ex pro-
feſſo defecit. Annal. vet.

DVM de belli adverſus Bauarum & Aquitanos gerendi ratione in con-
ventu apud Vangiones deliberatur, Pipinum domi ſe continuiſſe omnes
764 aſſerunt. At ſi quando ex Aquitania in Hiſpaniam adverſus Sarracenos au-
xilium Cantabris (ſicvt ab Aemilio traditum eſt) miſerit, iſtud hoc tempore 23
videri poteſt effeciſſe.

CONVENTVM rurſus apud Attiniacum Pipino habēte, belli (licet non-
765 dum confecti) ſilentium fuit: vel quòd exercitus nondum ab Hiſpania re- 24
verſus, vel quòd induciæ cum hoſte intercederent.

A conventu Aureliani habito in hoſtem reditum, ex eóq; oppida nō pau
766 ca recepta, & caſtra quædam diruta adverſus ipſum reparata. 25

SCHISMATE exorto inter Orientales Occidentaleſq; Eccleſias pro Ima
ginum adoratione, conventus Patrum Gallicorum ea de re Gentiliaci Pari
ſiorum habitus. Quid verò ſtatutum, à nullo adhuc antiquiorum ſcriptum
767 extare video. mirum autem vt huius rei penitùs interciderit memoria. Inte- 26
rim ductus in Aquitaniam exercitus, Albios, Toloſam, Cadurcos, & plura
ignobilia oppida de hoſte recepit.

VAIFARO Aquitaniæ Duce vel in acie à Francis, vel à ſuis interemto, fi-
nis Aquitanico bello impoſitus eſt: cui nec ipſe Pipinus diu ſuperſtes fuit.
768 Octauo enim calend. Octob. diem ſuum obiiſſe traditur, duobus relictis 27
liberis, Carolo (qui Magni cognomen ſuis meritis ſibi comparauit) maiore
natu, cui Neuſtriæ Burgundiæq; Regna cum ipſa Aquitania in ſortem ob-

venere, & Carolomanno, cui Auſtraſiæ Tranſrhenanæq; Gentes ceſſere. Ex
quo hic Regiam Sueſsionibus ſibi delegit, Carolus verò Nouioduni.

AQVITANIS ex Pipini obitu ſpes recuperandæ libertatis affulgere viſa,
769 fecit vt Himoldū quendā ſibi Ducem delegerint, ſicvt & Vaſcones Lupum. 1
Carolo verò cum exercitu adventante tam parum potuit Himoldus ſubſi-
770 ſtere, vt etiam fuga elapſus ad Lupum, ab eo redditus ſit. Ex quo Aquitania
rurſum ſubire iugum coacta. 2

CAROLOMANNVS Auſtraſiæ Rex prid. cal. Nouembris, aut (vt alij ha-
771 bent) Decembris obiit, quibuſdam liberis ſuperſtitibus, quos tamen Caro-
lus hæreditatem paternam adire vetuit: ſed illi ob id ad Deſiderium Re- 3
gem matre Bertha deducente confugerunt.

CONVENTV in Vangionibus habito, bellum adverſus Saxones decre-
tum, in quos ductus exercitus Eresburgum nobile oppidum expugnauit,
772 tandémque acceptis duodecim obſidibus in Franciam reverſus. quod ini- 4
tium belli triginta & amplius annos cum Saxonibus geſti fuiſſe videtur.

HIMOLDVS a Carolo dimiſſus ad Deſiderium Longobardorum Re-
gem tranſiit, eúmq; iam aliunde ſatis incitatum ad bellum cum Francis ſuſ-
cipiendum magis accendit. Ex quo cùm belli initium ab eo ortum videre-
tur, Carolus Italicam expeditionem aggreſſus eſt: deiectiſq; iis qui eum Al-
pium tranſitu arcere conabantur, & duplici victoria de hoſte parta, Deſi-
derium Papiæ incluſum obſedit. Vbi cùm ſibi hærendum diutiùs eſſe videt,
773. parte copiarum ad obſidionem relicta, in alias Longobardorum ciuitates 5
deinde Romam deductus eſt, vbi Pipini donationem confirmauit auxitq;,
ac pro remuneratione ab Adriano ius eligendi Pontificis, Epiſcoporum in-
veſtituram, Patriciámque dignitatem accepit. Poſtremò ad Papiam rever-
ſus, ipſam deditione capit, inventúmq; in ea Deſiderium cum vxore libe-
riſq; atq; etiam nepotibus ſuis, in Galliam cuſtodiendum miſit. Hoc modo
Longobardorum Regnum in Italia finitum, Francici iuris eſſe cœpit.

SAXONES omnia ſe per Caroli abſentiam poſſe rati, rupto fœdere E-
resburgum quod Francorum præſidio tenebatur expugnant. Exin in finiti-
774 mas Francorum provincias excurſiones faciunt, donec Carolus Italia re- 6
verſus quadripartito exercitu eos invadit, tripliceḿque victoriam de illis
reportat.

SAXONES à Carolo repetiti Sigisburgum caſtellum amiſerunt: Viſur-
gis verò fluuij vadum prohibere conantes, duobus iterum prœliis fundun-
775 tur: ex quo Angrij eorúmque vicini, Saxones, cum ſuis Ducibus Haſsino 7
& Brunone, ſe dedere coacti ſunt, reliquis verò induciæ datæ.

ITALIAE tumultus Rorgandi Forojulienſium Ducis defectione excita-
tus, Caroli celeritate ſtatim oppreſſus eſt: ſed vix pedem Italiæ intulerat,
cùm Saxones ſuo more bellum renouātes, Eresburgum maiore quàm an- 8
776 tea conatu oppugnarunt. Rebus verò in Italia confectis, tanta celeritate
Carolus ad eos reverſus eſt, vt irritis eorum omnino conatibus perfidiam
vlciſci potuerit, niſi ſe religionem noſtrā amplexuros ſimulatè oſtēdiſſent.
Plu-

PLVRIMIS Saxonum Christo nomen dantibus, ſolus Vuitticlindus primarius eorum Dux ad Danorum Regem confugere maluit. Hoc tempore
777 Ibnabala Cæſar, Auguſtanorum in Hiſpania Regulus, à finitimis Regibus 9
domo pulſus ad Carolum Regem tranſiit, eúmq; ad res Hiſpanicas pertentandas adhortatus eſt.

HISPANICA expeditione ſuſcepta, Carolus cum florentiſsimo exercitu Pyrenæos traiecit, Pompelonéq; diuturna obſidione capta & everſa, Ibnabala verò regno ſuo reſtituto, tributóque quibuſdam eius regionis Regulis & populis impoſito, cùm totam Hiſpaniam terrore nominis ſui impleuiſſet, in reducendo tamen exercitu, maximam impedimentorum ſuorum
778 partem à prædonibus per Pyrenæos amiſit, vt vno conſenſu Annal. vet. 10
cum Eguinhardo, Aimonio, Adone, Reginone cæteriſq; tradunt. Licet hiſtoria quæ Turpini nomine circumfertur, plurima alia fabuloſa de hac expeditione recenſeat. Hac verò occaſione captata, Vuittikindus collecta ſecum Danorum Saxonúmq; manu, in Francorũ provincias impreſsionem fecit: copiis autem adverſus illum præmiſsis, magna ſuorum cæde repulſus eſt.

CAROLVS Saxoniam ingreſſus hoſtium ſibi occurrentium agmen in fugam vertit, inde Vueſtphalos in deditionem recepit, & ab Angriis obſi-
779 des exegit. 11

HIS temporibus Samſonem quendam Ducis nomine Burgundiæ præfuiſſe non pauci contendunt.

780 VVITTIKINDO tota Saxonia exacto, plurimi Saxonum Carolo ſatagẽte Chriſtianam religionem amplectuntur. 12

CAROLVS Romam profectus, filios ſuos Pipinum Italiæ, Ludouicum verò adhuc infantulum Aquitaniæ Reges deſignauit, & eo titulo à Roma-
781 no Pontifice coronari curauit. Carolum autem alterum filiorum, quem 13
nonnulli Germaniæ præfeciſſe dicunt, Burgundiæ etiam præfuiſſe in Commentariis Eccleſiæ D. Benigni teſtatum habeo.

FRANCORVM copiæ quæ Geillone Duce Palatij Comite in Slauos So-
782 rabos proficiſcebantur, imprudenter cum Saxonibus congreſſæ fuſæ ſunt. 14
ſed eam cladem Carolus non paſſus eſt inultam.

783 IN Saxones ſuo more rebellantes Carolo Caroli filio Duce hoc etiam anno proſperè dimicatum. 15

TOT cladibus nondum perdomiti Saxones Vueſtphalos in ſocietatem armorum aſciuerunt, nec tamen adventanti Carolo ſe obiicere auſi ſunt,
784 cùm Vueſtphali à Carolo filio impetiti, belli aleam cum ſuo damno experiri maluerint. 16

QVOD nec ferro nec armis potuerat, lenitate ac manſuetudine Carolus effecit, vt Saxones pervicacia depoſita ſeſe ſeriò dediderint: Vuittikindo
785 præſertim eorum Duce primario & rebellionum incenſore in fidem Regis 17
ſe tradente: qui cùm etiam Chriſto nomen daret, Ducatum Angriæ retinuit. Nec tamen hic annus belli cum eis geſti trigeſimus numerandus eſt.

BELLO Saxonico Britannicum ſucceſsit, quod ab Ardulfo ſive Arnul-
786 fo menſæ Regiæ pręfecto, mira celeritate confectum eſt: Britanni enim qui 18
ciuitates Armoricas incolunt, à fide officioq; deſciuerant.

CAROLVS tertiò in Italiam profectus, Aragiſio Beneuentanorũ Duci
parendi leges impoſuit. Id quod tamen à Pipino filio factum Aemilius
maultv, qui nec eo anno Carolum Italiam adiiſſe ſibi perſuadet. Sed non
minùs autori veterum Annalium Aimonio & Reginoni illiſque antiquio-
787 ribus, quàm Blondo fidendũ. Cæterùm Aragiſio ipſo paulo pòſt mortuo, 19
Grimoaldus eius filius hæreſq;, cum Ildebrando Spoletino & Francorum
copiis, Græcorum claſſem, quę Adelgiſio Deſiderij filio Duce in Italiam de-
ſcenderat, tanta cæde fregit & diiecit, vt Græci de repetenda Italia diu po-
ſtea cogitare non auſi fuerint.

THASSILLO Bauariæ Rex, perfidiæ læſæq; maieſtatis iudicio Procerũ
788 conuictus & damnatus, vt vitam redimeret, cœnobio cum Theodone filio 20
ſe dicauit: vnde Bauaria Francorum prouincia facta eſt.

VVILSORVM ſeu Vltiorum Gens (quæ Germanici Oceani litus acco-
789 lebat & Slauici generis ſe eſſe prædicabat) Francis eorúmque ſociis ſemper 21
infeſta, Caroli ductu auſpiciiſque, Saxonibns verò auxiliantibus, hoc anno
ſubacta.

AVARES Hunnorum populi indignè ferentes Bauaros vicinos ſuos nõ
expectatis auxiliis ſuis fidem quàm vim Francorum experiri maluiſſe, ex-
curſiones in Bauariæ & Italiæ limites antea fecerãt: ſed Bauaris ductu Fran
790 corum occurrentibus, magno ſuo malo non ſemel repulſi erant. Nunc ve- 22
rò illata de finibus cõtroverſia, legatos ad Carolum miſerunt: quibus cùm
pro eorum votis non reſponſum eſſet, belli quod annis ſequentibus cum il
lis geſtum eſt, origo emanauit.

BELLO Hunnis denunciato, Carolus illorum fines diuerſis exercitibus
inuadit: ſecundiſque aliquot prœliis factis & munitionibus limitum expu-
791 gnatis, eos tota inferiore Pannonia (cui nunc Auſtriæ nomen ineſt) ſum- 23
mouit, quam ſuis Præfectis Ducibúſque reducto exercitu cuſtodiendam
reliquit.

792 PIPINI Italiæ Regis cõiuratio in patrẽ hoc anno patefacta & oppreſſa. 24

SAXONES repudiato fœdere quod cum Carolo iterauerant ad furorem re-
793 voluti, Francorum copias quæ Theoderico Duce in Auares properabant 25
interceptas deleuerunt.

SYNODVS nõ ſolùm Gallicorũ, ſed etiam Germanicorum & Italorum
Præſulum, apud Francofurtum Germaniæ oppidum, autoritate Caroli Re
gis, Præſidibúſque Theophilo & Stephano Pontificiis legatis celebrata, Fe
licianam hæreſim tertiò damnauit: atque etiam Græcorum Synodum (quã
794 ſeptimam vniuerſalémque nuncupabant) pro adorandis Imaginibus pau
lo antè habitam, penitùs abdicauit: ſtatuitque nec Synodi (nedum vniuer- 26
ſalis) appellatione dignam videri: vt iiſdem penè verbis in Annal. vet. Ado-
ne, Regione & Aimonio lib. 4. cap. 85. ſcriptum habetur. In eo verò quod
Abbas

Abbas Vripergenſis & autor Annalium Pipini Carolique addiderunt, eam Synodum pauló antè Conſtantinopoli ſub Conſtãtino & Eirene habitam fuiſſe, Surius fraudem ſubeſſe putauit. Nihilominus liber de ea re ſub Caroli Regis nomine Luteriæ ante 20. annos editus extat, atq; etiam teſtimoniũ Hincmari Remenſis cap. 20. adverſus Hincmarum Laudunẽſem, ex quibus ſub vnius nomine duas inter ſe penitùs diſcrepantes, & eandem ſibi prerogatiuam vendicantes Synodos damnatas fuiſſe intelligimus.

CAROLVS Saxoniam bipertito exercitu ingreſſus, Saxones adeò perterruit, vt eius clementiam quàm vim experiri maluerint.

ABODRITORVM copias cum Rege ſuo Vuirzio, ad Caroli mandata
795 properantes Saxones, inſidiis exceptos occidione penè deleuerunt: quod 27
tamen Carolo pauló pòſt in eos irruente non impunè tulerunt.

796 HVNNI duplici clade à Francis affecti, theſauros gazámq; ſuã amiſere. 28

BARCINONA in Hiſpanico limite Zathino Sarraceno tradente à Ludo-
797 uico Caroli filio recepta, Oſca verò obſeſſa. 29

SAXONES ſolita ſua perfidia ducti, Magiſtratus ad ius ſibi dicendum à Rege datos, atq; adeò Godeſcallum in Daniam legatum iter facientem oc-
798 ciderunt. Sed cùm eadem inſania in Abroditos irruere auſi eſſent, quatuor 30.
millibus ſuorum amiſsis fœdè reiecti ſunt:

QVO tempore Galliæ litora à Normannis Pyratis infeſtari cœperunt.

HVNNI rupto fœdere Geroldũ
799 Bauariæ Præfectum cum ala dele-
ctorum Equitum interemerunt.

CAROLVS de cauſa Leonis Ro-
800 mani Pontificis cogniturus Romã
proficiſcitur.

CVM Græcorum Imperatorum maieſtas in Italia iamdiu obſoleuiſſet, tunc verò contemtui habere-
801 tur, quòd ſub mulieris moderamine reducta, parum inde prçſidij ſperandum videretur: Leo Pontifex Ro. ſummo totius Italiæ populiq; Romani aſſenſu & ſtudio, Carolũ Francorum & Longebardorũ Re-
802 gem, ob illuſtria eius in religionem Chriſtianam ſedémqueRomanam merita, Romanorũ Imperatorem Auguſtúmq;, auito Occidentis imperij more reſtituto, primus appellauit,

BRITANNIA Ciſmarina Vuido-
nis Præfecti ſui egregia opera in fi- 31
dem Caroli tota recepta eſt.

HVNNI pluribus antea prælijs
deuicti, poſtrema autem acie for- 32
tunam magis adhuc adverſam experti, à Carolo Caroli filio omnino perdomiti ſunt, bellóque cum illis finis impoſitus.

GRIMOALDVS Beneuentanorum Dux cùm defectionem ad Græcos meditari non obſcurè videre-
tur, Francorum arma in ſe concita- 33
uit: ſed cùm ſe ſuámq; cauſam ſtrenuè aliquandiu tutatus eſſet, viribus eius fatiſcentibus, victoris victus legibus tandem ſuccubuit.

34

FOEDERE inter Nicephorũ & Carolum Imperatores icto, in has conditiones itum eſt: vt ille Orien-
tis,

803 lauit, & Inſulis ac cæteris Imperij inſignibus exornauit, anno à Chriſto nato 801. ineunte ante 8. cal. Ianua. ex quo verò imperari in Italia poſt Auguſtulum deſitum erat, 325. tis, hic Occidentis, Auguſti fratreſque eſſent, dicerenturque, & vt ſui vterque Imperij limites agnoſceret & intelligeret. 35

804 SAXONES immortali in Francos odio acti, & à Chriſto quem antea colebant, & à Carolo deficiunt, aſcitis in armorum ſocietatem Vueſtphalis. Vtrique tamen, non incruento prælio victi, cùm religionem Chriſtianam ſe bona fide recepturos ſponderent, pacem vitámque impetrarunt. Nihilominus tamen vt rebellandi facilitas illis amputaretur, magnus ex Saxonibus numerus cum liberis vxoribúſque domo migrare iuſſus eſt, vt alij aliò per Franciã diuiderẽtur. A quibus qui inter Heluetios Schuitzes aut Suuitzi (à quibus etiam omnes eorum confœderati denominationem hodie ſortiuntur) manare creduntur. Atque hic belli Saxonici finis ſecundo ac trigeſimo quàm inchoatum fuerat anno. 36

805 COMITATVS Secuſianorum in Tranſiurenſi Burgundia, Theodoro Sedunenſi Epiſcopo eiúſque ſucceſſoribus, proprio iure ſemper poſsidendus à Carolo Imperatore datur. Munſterus. 37

806 BOEMI Duce eorum Leſco in acie à Francis cæſo ſubacti. 38

807 MVLTAS leges quas per totum orbem Latinum Carolus ſeruari iubebat, his temporibus condidiſſe dicitur. 39

808 GODOFREDVS Danorum Rex ſuis finibus non contentus, dum totum Germaniæ Imperium ſpe ſibi deſtinat, ſocias Francorum prouincias adoritur, Carolo tamen Caroli filio ſeſe opponente victus, domum remigrare coactus eſt. 40

809 BELLVM Venetis à Pipino Italiæ Rege illatum. 41

810 PIPINO Italiæ Rege mortuo, Bernardus filius eius Italiæ Rex auo volente efficitur. 42

CAROLVS Caroli filiorum natu maximus, Germaniæ Burgundiæque Præfectus obiit.

811 Eo tempore Britones Armorici Lenulfo Rege ſuo (quem tamen illorũ Hiſtoriæ Machonum appellant) Francorum imperium detrectantes, ab exercitu Caroli ſubacti ſunt. 43

812 CAROLVM Auguſtum copias ſuas hoc anno, Alfonſi Caſtiliæ Regis accitu, in Hiſpaniam tranſmiſiſſe, rémque ibi geſsiſſe, in reditu verò famoſa illa Roncauallenſi clade affectum fuiſſe, Rodericus Toletanus cum aliis Hiſpanicæ hiſtoriæ ſcriptoribus Paulóque Aemilio teſtis eſt. At ex Eginhardo, Annalibus vet. Adone, Reginone, illiſque vetuſtioribus autoribus conſtat, Carolum ſemel tantùm, nec tamen hoc tempore, in Hiſpaniam traieciſſe. Quin ab illo qui ad Aimonium addidit, huicque ſeculo æqualis fuit, lib. 5. cap. 7. & 8. res à Ludouico Aquitaniæ Rege tantummodo, feliciter tamen pluribúſque expeditionibus, in Hiſpania geſtas fuiſſe his annis teſtatum eſt. 44

Anni Chriſti. Anni regum Burgund

LVDOVICVM (qui vnicus filiorum illi ſupererat, ex Aquitaniæ Rege)
813 Carolus Auguſtus in Procerum conventu ſibi Imperij conſortem, Augu- 45
ſtum, Cæſaremq́ue deſignauit, adactis in eius verba iureiurando Proceribus.

QVINTO cal. Febru. Indict. 7. ætatis ſuæ 72. Regni Francorum 46. Im-
perij verò 14. anno, Carolus cognomine Magnus primus Francorum Im-
814 perator mortali exuta conditione migrauit ad ſuperos. A quo tempore 46
poſt eius obitum, Ludouicus filius eius cognomento Pius res Occidentis
ſub Imperatoris Francorúmque Regis nomine per an. 26. menſ. 4. dies 24. 1
moderatus eſt.

IN communi Francorum conventu Magiſtratus ad ius vnicuiq; dicen-
815 dum inſtituti, per vniverſas Francorum provincias mittuntur, & ab eo tem 2
pore Miſſorum nomen retinuerunt.

ABODRITI iuſſu Ludouici Imper. Herioldum Danorum Regem à po-
pularibus pulſum in patriam reſtituerũt. Vaſcones autem Sigiminum Du-
816 cem ſibi ab Imperatore ereptum ægreferentes, tumultuantur, ſed miſſo in 3
eos exercitu compeſcuntur. Interim bellum in Pannonia inferiore cum Lin
deulto eius Præfecto rebellante inchoatum.

LOTHARIVS Ludouici filiorum natu maior Auguſtus à patre ſaluta-
tus, in conſortium etiã Imperij cooptatus eſt. Pipino verò fratri eius Aqui-
tania & Ludouico Bauaria aſsignatæ, vt ex Annalibus veter. & Aimonio
palam eſt. licet id Onufrius anno 820. contigiſſe malit. Interim Bernardus
817 Italiæ Rex malo conſilio vſus, palàm à Ludouico Imperatore patruo defi- 4
cere auſus eſt, ſed initio conatuum ſuorum apud Cauillonum oppreſſus
interiit. Ab eo verò Pipinum qui Heriberti Comitis Veromandui (in cuius
carcere Carolus Simplex obiit) auus paternus fuit, procreatum fuiſſe Re-
gino autor eſt.

MORMANVM ſive Murmanum (licet Britannica hiſtoria Machonum
818 dicat) iniuſſu Ludouici Imperatoris Regem ſe appellare auſum, Imperator 5
ipſe pugna oppreſsit: eóque extincto ſua manu Ducem legéſque parendi
Britonibus impoſuit. Annal. vet.

INTER Lupum Vaſconiæ Ducem & Berengarium Comitẽ Toloſanum
819 diſsidio exorto, ſignis collatis acie decertatum eſt, ſed Pipino accurrente, 6
res inter eos compoſitæ ſunt.

820 NORMANNI Franciæ littora tentare auſi cladem inſignem ab incolis
Flandriæ pertulerunt. 7

821 8

822 BRITONES Duce quodam Vinormacho ſive Vitormacho tumultuan-
tes. ab eius provinciæ Præfectis coërcentur. 9

LOTHARIVS Ludouici Imperatoris filius Auguſtus à patre ante ſalu-
823 tatus, Romæ hoc an. non. April. Imperator à Pontifice Paſchali coronatur.
LINDENTTE occiſo, bellum quod cum eo per multos annos in Panno- 10
nia gerebatur, finitum.

Bri-

BRITONES Duce ſuo Vinormacho iterum rebellantes Ludouicus du-
824 ctu ſuo perdomuit, nec niſi acceptis obſidibus ab eis diſceſsit. 11

VINORMACHVS res nouas rurſus in Francos moliri deprehenſus, à
825 Lamberto Britannici limitis cuſtode perimitur. Annal. vet. Aimon. 12

HERIOLDVS Danorum Rex Chriſtianorum myſteriis Moguntiæ præ-
ſente Imperatore initiatur.

COENOBIVM Cluniacenſe à Vuarino Matiſcenſi Comite cōditum, an-
no Ludouici Imp. 13. ex antiquo diplomate Bugnonius probare contendit:
826 ſed cùm diplomati annum etiam Chriſti 828. addit, rem ſuſpectam facit, ac 13
magis quæ de ipſo Vuarino ſcribit, cùm ipſum Matiſconæ Comitem inſti-
tutum ſolummodo poſt Imperatoris reſtitutionem affirmet.

827 SVB Imperatore Ludouico Amadeus Comes, Helias, Vualdus & Rach-
bertus, Præfecturas in Burgundia obtinuerunt: & ad eos mandatum extat 14
828 inter inſtrumenta cœnobij S. Benigni Diuionenſis de inſtauranda Baſilica.

15

Ex quatuor Ludouici filiis, patri duo, Lotharius & Pipinus, multis, ſed
non ſatis iuſtis de cauſis, infenſi, maximè verò quòd Bernardo Barcinonæ
829 Hiſpanicique limitis Præfecto, quem ſtupri cum Iuditha Imperatrice inſi- 16
mulabant, plus nimio indulgere videretur, defectionem ab eo cogitant.

AVTORITATE Imperatoris Synodus Francorū Præſulum apud Aquiſ-
granum celebrata, Sacerdotum deformatos mores luxúmque coërcere, &
ad priſcorum frugalitatem, quantum fieri poterat, ſed fruſtra, reuocare vo-
luit: vnde Imperator inuidiam odiúmque ipſorum in ſe magis exacerbauit,
830 & tanto audacius Pipinus collectis copiis, patrem, vt Bernardum à ſe di- 17
mitteret, Imperatricem verò in ſacrarū virginum cœtum relegaret, coëgit:
quam tamen anno nondum circumacto ad ſe reuocauit, cùm illi ex Ger-
mania vires acceſsiſſent, quibus aduerſariorum conatus retundere licuiſ-
ſet. Annal. vet. Aimo. Naucler. Mutius.

BERNARDVS ad Imperatorem reuerſus, non ſolùm innocētiam ſuam
iureiurando purgauit, verumetiam periculo ſingularis certaminis probare
831 voluit: nihil inde tamen coniuratorum conſilia minùs deferbuerunt. Pipi- 18
nus enim apud patrem remanere iuſſus, eo inſalutato in Aquitaniam re-
fugit.

PIPINI contumacia patrem ita commouit, vt de Regni ſui portione
Carolo iuniori filiorum ſuorum relinquenda, cogitare inceperit. Id quod
832 animos aliorum filiorum à ſe ita alienauit, maximè verò Ludouici vt in 19
ipſum copias ſuas trans Rhenum ducere illi neceſſe fuerit, & hinc Aquita-
niam confeſtim repetere.

FRATRES iunctis copiis, fauente comitantéque illos Romano Pontifice,
in patrem inſurgunt, illúmque fidei ipſorum ſeſe committentem prætextu
833 Lugdunenſis Concilij rerum adminiſtratione ſummouēt, & in cœnobium 20
detrudunt: Imperatricem verò Iuditham in Italiam iterum relegant. Huius
verò tam impij facinoris, Aemilius Italique ſcriptores Romanum Pontif.
quan-

quantum poſſunt, excuſare contendunt. Annales autem vet. Aimonius & Gallici ſcriptores ſecus ſentire videntur.

INDIGNITATE rerum præſentium permoti quamplurimi, tum in Germania, tum in Gallia proceres, pro liberatione Imperatoris copias cogunt. Cùm verò magnus numerus ſub Egerardo Franciæ Celticę quondam Comite accurreret, magnum etiam è Burgundia agmen Bernardus Vuarinúſque Comites eduxerunt, quorum poſtulationibus Lotharius patrem ſuæ
834 libertati reddere coactus in Burgundiam ſeceſsit. Qui verò pro eo in Neuſtria remanſerant, Ludouici patris Ducibus congreſsi ſuperiores evaſerũt. 21
Tamen cùm illis opitulandum rediret, Cauillonum Matiſconenſémq; vrbes, quas Vuarinus (qui ab Aemilio Anſelmus dicitur) paulò antè adverſus ſe munierat evertit. Tandem tamen patri (cui etiam Pipinus aderat) impar, ſupplex ſe dedidit.

LVDOVICVS coacto liberiore concilio Præſulum apud Moguntiacum
835 ſive (vt aliis placet) Aquiſgranum aut (quod verius ex Aimonio eſſe videtur) apud Mediomatrices decretum Lugdunenſis Synodi antiquari curauit, audaciámq; Epiſcoporum qui depoſitioni eius aſſenſum præbuerant, honorum priuatione vel exilio multauit. 22

BRITONES occaſione bellorum ciuilium à Francis Duce Murmanno
836 (quem tamen eorum hiſtoriæ Neomenium non rectè appellare videntur) 23
deficientes, Magiſtratus ab Imperatore acceptos reiecerunt. Miſſus verò in eos exercitus, nulla re memorabili geſta rediiſſe, ex Reginone videtur.

MVRMANNO, qui ſe Britonum Regem nuncupare audebat, mortuo,
837 Neomenius ab Imperatore ipſis Britonibus Dux datus eſt. Regino. 24

NORMANNI Flandriæ litora infeſtant, & à Friſiis tributum exigunt.

PIPINVS Aquitaniæ Rex obiit, ſuperſtite eiuſdem nominis filio, qui contumaciam patris imitatus, non expectato aui aſſenſu, in Aquitaniæ poſſeſsionem ſe iniecit. Quod effecit, vt Imperator, cùm Carolum filiorum ſuorum minimum Regem Neuſtriæ (pro qua Auentinus magno errore pro
838 Sueuia Rhetiam & Burgundiam interpretatus eſt) deſignare vellet, ei pariter Aquitaniam adiunxerit, eúmq; tutelæ fratris commendauerit. Cùm verò Ludouicus Noricorum Rex, patrem ea in re Carolo fratri quàm ſibi æquiorem ægreferret, conſilia quædam in ipſum apud Tridentum cum Lothario agitaſſe poſtea auditus eſt. Quibus vt Imperator occurreret, in Germaniam cum copiis ſub anni finem traiecit. Annal. vet. Aimo. 25

REBVS in Germania ſine ſanguine cum filio compoſitis, Imperator in
839 Aquitaniam adverſus iuniorem Pipinum copias reduxit, vt eo deiecto Carolum illic ſtabiliret. 26

LVDOVICVM ad nouos filij motus compeſcendos regreſſum morbus in Germania corripuit, ex quo diſceſsit 12. cal. Iul. anno quàm imperare cœ-
840 perat 27. Secundum verò eius obitum, Lotharius ſe Imperatorem Italiáq; Regem: Ludouicus Germaniæ Francorúmq; Orientalium: Carolus Franciæ Occidentalis ſeu Neuſtriæ: Pipinus verò Aquitaniæ Reges nuncupa- 27

runt. Id verò omnes hiſtorici, aſſentientibus etiam diplomatis, hoc anno 1
ſtatuunt: Annales autem vet. ſuperiori. 1

Lotharivs Imperator, quòd ſtirpis maximus, omnia ad ſe revocare contendebat: Ludouicus verò Carolúſque fratres ſe ſuo iure deiectum iri non patientes, ſocietatem adverſus illum ineunt. Lotharius itaq; fratrẽ Germania exacturus, aut Rheni tranſitu prohibiturus, copias præmiſit, quæ 3. id. Maij occurrente Ludouico profligatæ ſunt, adeò vt iunctis cum Carolo copiis, de ſumma rerum, acie cruenta, in Antiſsiodorẽſium finibus cum Lo-
841 thario rurſus decertarit, eóq; fugato funeſtiſsimam victoriam reportarit: 2
quam nonnulli perperam die Paſchæ, alij Aſcenſionis aſcripſerunt, cùm ex 2
veteribus Annalibus & Iordano Oſnaburgenſi (teſte Auentino, qui fortè illorum autor extitit) 7. cal. Iulij cõtigiſſe conſtet. In hoc autem bello Guerricum Provinciæ Ducem cum Provincialibus & Tholoſanis Carolo adfuiſſe, in quodam vetere Chronico manuſcripto teſtatum habemus.

Lotharivs è Celtica totaq; Belgica à fratribus exactus, tandem tamen reparare vires ita potuit, vt caſtris apud Matiſconenſem vrbem loca- 3
842 tis, belli aleam denuò tentaturus eſſe videretur. Sed interponẽtibus ſe quibus illa ciuilia bella cordi non erant, in annum induciæ factæ, delectiq; v- 3
trinq; quadrageni Proceres, quorũ fide prudẽtiáq; pax æqua cõponi poſſet.

Pacis inter fratres apud Virodunum Lotharingiæ ciuitatem 17. calen. April. initæ conditiones fuerunt, vt Carolus Franciæ Occidentalis, quam Neuſtriam dicebant, Rex diceretur, eáq; Arari, Rhodano, Scalde, Moſa, Oceano, Pyrenæo ſaltu contineretur, quod verè Franciæ Regnum nunc dicitur, eámque Burgundiæ partem complectebatur, quæ cis Ararim Ducatus nomen iam obtinet. Germani tamen ſcriptores Carlingiam ſeu Carlin-
843 gorum Regnum appellare maluerunt. Ludouico autem Tranſrhenanæ o- 4
mnes provinciæ, ſub Regni Franciæ Orientalis nomine, cum Hunia ceſsit, 4
licet Aimonius cap. 19. lib. 5. Burgundiam addat, nam eo loco Bauariam reponendam cenſeo Conſtat porrò omnium Autorum teſtimonio, Lothario eorum fratri, cum Italico Imperio & Alpibus ipſis, quidquid inter Rhodanum, Ararim, Moſam, Rhenúmq; interiacet, in ſortem obveniſſe, adeò vt Burgundia quæ eſt cis & vltra Iuram, eius Imperio ſemper paruerit.

Pipino Aquitaniam adiudicatam fuiſſe inter pacis ſuperioris conditiones Aimonius autor eſt: ſed ſecus aliis viſum. Conſtat enim ad eum inde deturbandum Carolum copias miſiſſe, quas hoc anno Pipini Duces de improviſo adorti 7. id Iunij (licet Auentinus Ianuarij habeat) profligarunt, cæſo Hugone Caroli auunculo aliíſque illius Ducibus, vt Annal. vet. tradunt. Vnde fortè ſequutũ arbitror, quod Actis Synodi Sueſsionẽſis te- 5
844 ſtatum video, vt Pipinum Carolus Aquitania frui permiſerit, quoad ſe in
officio erga eum contineret. Interea Lotharius Ludouicum filiorum ſuo- 5
rum natu maximum Regem Italiæ deſignauit, Romámq; coronandum ad Ro. Pontificem miſit.

Bernardvs verò Hiſpanici limitis Præfectus (quem Hiſpanici ſcriptores

res primum Barcinonæ Comitem fuiſſe arbitrantur) Caroli Calui iuſſu oc
ciditur, teſtimonio veterum Annalium: cùm tamen Fr. Taraſſa id anno 828.
aſcribere maluerit.

BOLOCRATVS, ſive Solcratus
Arelatenſis Comes, defectionem à
845 Lothario Imperatore moliri viſus,
miſſo in eum exercitu ad officium
fidémq; redire compulſus eſt.

NEOMENIVS Ducis nomine nõ
contentus, Regium nomen apud
Britones iniuſſu Caroli aſſumere 6
non ſolùm auſus eſt, ſed ſe etiam ad 6
defenſionem ita cõparauit, vt Re-
gium exercitum contra ſe miſſum,
cum clade & ignominia repulerit.
Annal. vet.

ODII ſeminaria inter Lotharium Auguſtum Carolúmq; fratrem exor-
ta, propter raptam Lotharij filiam à Giſleberto Aquitaniæ Præfecto, Ludo
uicus Germaniæ Rex partes ſuas interponens extinxit.
846 INTERIM Normanni per oſtia Sequanæ in Galliam irrumpentes, Lu- 7
tetiam vſq; populando progreſsi, & inde cum omnis generis præda domũ 7
regreſsi ſunt. Annal. vet.

INTERPONENTE adhuc ſeſe Ludouico Rege, pax inter Reges renoua-
ta confirmatáq;, Giſalberto veniam à Lothario impetrante.
847 QVO tempore Normanni in Friſiorum litora delati illorum terras miſe 8
rabiliter depopulati ſunt. 8

848 9

849 EXERCITVS Regis Ludouici in Boëmos miſſus, Ducum temeritate & 9
inſcitia fœdè profligatus eſt. 10

LVDOVICVS Lotharij Imperatoris filius Italiæ Rex, Auguſtus etiam 10
850 hoc anno à patre ſalutatur 8. cal. Ianuarias, Onufrij teſtimonio. Paulò pòſt 11
autem aduerſus Sarracenos Italiã populantes miſſus, magnam illis cladem
intulit. 11

PIPINVS Aquitaniæ Princeps eiúſque frater Carolus, cùm multis occa-
851 ſionibus Caroli Regis Franciſci odium in ſe accendiſſent, ab eo tandem cõ
prehenſi, in cœnobium Sueſsionenſe Epiſcoporum iudicio tondendi de- 12
truduntur. Hinc verò elapſus Carolus ad Ludouicum Germaniæ Regem 12
effugit.

852 NORMANNI oſtia Ligeris ſubeuntes, Nannetes, Turonenſes, Andega- 13
uenſes ferro atq; igne depopulantur.

PIPINVS è cœnobio, quorundam Monachorum ope elapſus, rurſus ca- 13
853 pitur, & arctiori cuſtodia detinetur. 14
INTEREA Aquitanorum Proceres Carolo Regi ſuo infenſi, Ludouico 14
Germaniæ Regi ſeſe dedere conati ſunt. Annal. vet.

854 ROMANOS rebus nouis ſtudentes Ludouicus Imperator ſuo ad eos
aduentu coërcuit. 15

LOTHARIVS Imperator cura Reip. abdicata, Monachum ſe profitetur 15

in cœnobio Luxouienſi: in quo etiam paulò pòſt 3.cal. Octo. è vita diſceſ-
ſit, anni quàm imperare cœperat poſt obitum patris 16.initio, tribus ſuper-
855 ſtitibus liberis, Ludouico cui (quam iam dederat) Italia, Auguſtiq; nomen 16
remanſit. Carolus autem Provinciam, Burgundiámq; Tranſiurenſem in ſor 16
tem accepit. Lotharius verò ſtirpis minimus Ciſiurenſem Burgundiam, cui
annexa erat ea quæ Auſtraſiæ antea inerat: tunc Lotharingia pro Lotha-
riana ab Rege ſuo dici cœpit.

856 LOTHARIVS Rex Thietbergam, Hucberti cuiuſdam Abbatis Burgun- 1
diæ ſororem, infauſto coniugio ſibi copulauit. Regino. 17

857 2

18

CAROLVS Provinciæ Rex nullis relictis liberis obiit. Ob id Lotharius
frater eius de ſucceſsione illius (Reginonis teſtimonio) cum Carolo Fran-
corum Rege contendere coactus eſt. Sed Caroli cauſa, licet inferior, ita prę-
valuit, vt Burgundiam inferiorem quæ Allobroges Provinciámq; conti-
net ſibi aſſeruerit, Lothario verò Tranſiurenſem tantùm reliquerit. Nihilo-
858 minus tamen Aemilius ſcribere non dubitauit, Ludouicum Imperatorem 3
Lothariúmq;, fratris opes inter ſe ſine certamine diuiſiſſe, adeo vt Ludoui- 19
co Provinciam, quòd continens Italiæ ſit, cum Citeriore Burgundia, reli-
quam verò in Lotharij ditionem conceſsiſſe velit. Attamen fieri poteſt, vt
loco Caroli ſit Ludouicus in Reginone legendum.

INTEREA Ludouicus Germaniæ Rex Aquitanis eum evocantibus in
Galliam tranſmiſit. Sed Caroli fratris viribus deterritus, cùm nec illi acceſ-
ſus in Aquitaniam pateret, domum remeare coactus eſt. Annal. vet.

FRANCORVM proceribus, ob Principum quorundam, maximè Gorz-
berti Comitis necem, inter ſe grauiter diſsidentibus, Britones occaſione ca
ptata Ligerim traiiciunt, Francorúmq; provincias prædis, cædibus, incen-
diis devaſtant, atq; etiam occurrentem cum exercitu Carolum Regem fun-
dunt fugántq;.

HVCBERTVM Thietbergæ coniugis ſuæ fratrem, D. Richierij Abba-
tem, Lotharius Lotharingiæ Rex Tranſiurenſi Burgundiæ ſub titulo Du-
cis præficit. Regino. Quæ de illo autem Hucberto à Lazio lib.1. Geneal.
Auſtr. prodita ſunt, nullam penitùs fidem merentur: contendit enim illum
859 (quem Hugoprectum appellare mavult, Abbatémque fuiſſe in Hugesho- 4
uem in Vuillertal) Tranſiurenſem ditionem tantummodo recuperaſſe, quę 20
maiorum ſuorum nempe Habſpurgenſium Principum antea fuerat: cùm ta
men Luitfridum Suntgouiæ Comitem auum ei fuiſſe, patrem verò Hugo-
nem Comitem in Egensheim & Vuillertal, quos ſub Arnulfo Imperatore
vixiſſe & pluribus pòſt annis obiiſſe anno ſcilicet 954. turpi oſcitantia affir
mat. Deinde ex Nicolai I. Pont. Rom. verbis in lib. Decretorum in cap.
Theugaldum, conſtat Thietbergam & Hubertum fratrem eius, filiam fi-
liúmq; fuiſſe Boſonis cuiuſdam Comitis.

Bo-

Anni Christi. *Anni Regum Burgund.*

BOSO Bonini Comitis Ardennæ filius, in gratiam ſororis ſuæ, Comi-
860 tatu Auguſtodunenſi à Carolo Rege donatus eſt: Richardus verò frater e- 5
ius Comitatu Matiſconenſi. Sed apud Bugnonium eius rei autorem ſit 21
fides.

RVPERTO, ſiue Roberto Vuittikindi, vt volunt, Saxoniæ Ducis filio,
861 ob rei militaris peritiam fortitudinémque, Carolus Rex Ducatum inter 6
Ligerim & Sequanam (quidam Aurelianenſem, alij Andegauenſem dixe- 22
runt) adverſus Britones committit. Ab illo autem Hugonis Capeti proge-
nies. Regino.

NEONENIVS Britonum Rex dum Turonenſes Andegauenſesq́ bello
premit, ictu improviſo percuſſus interiiſſe dicitur, quamvis Aemilius antè
862 à Carolo in ordinem redactum fuiſſe contendat. Cæterùm Britones Heri- 7
ſpeum ſiue Heriſpoium eius filium patris loco Regem ſibi aſſumunt, qui 23
(Reginone teſte) anno ſequenti leges parendi à Rege Carolo accepit, eiq́
ſuam fidem iureiurando obſtrinxit.

LOTHARIVS deliciis Vualdradæ concubinæ ſuæ faſcinatus, Thietber-
863 gam cōiugem ſuam repudiat, ipſamq́ Vualdradam, aſſentientibus quibuſ- 8
dam Epiſcopis, ſibi connubio iungit. Annal. vet. 24

CAVSA repudij ſuperioris tanta cōtentione apud Romanū Pontificem agitata eſt, vt Lotharius coactus ſit coniugem ſuam recipere: quam tamen mox iterum reiecit, nec potuit diris Pontificiis à pellice amplius divelli. Qua de cauſa Hucbertus Thietbergæ frater, Tranſiurenſis Burgundiæ Dux, à Lothario deficit, eúmque (traductis in ſuas partes Tranſiuranis) iterum atque tertiò in ſe cum exercitu venientem
ſtrenuè fortitérque ſuſtinuit ac repulit, donec tandem à Conrardo Comite
864 iuxta quoddam caſtrum (cui Vrba nomen erat) peremtus eſt, vt ex Regi- 9
none didicimus. 25

ISAAC Epiſcopus Lingonenſis & Odo Comes, atque Hildelbertus Abbas cum quibuſdam aliis, miſſu Caroli Regis (vnde Miſſorū appellationem ferebant) ad ius dicendum cauſasq́ & lites diiudicandas in Burgundiam venerunt. Mallū locus erat vbi iſtud fiebat: à quo Mallari qui in ius vocabantur tunc dicebantur. Ex Commentariis cœnobij D. Benigni.

HVNC verò Conrardum Tranſiuranorum præfecturam ab eo tempore exercuiſſe, & (ſi coniecturis locus eſſet) Rodolfi illius, qui regionibus illis Regio nomine poſtea imperauit, patrem fuiſſe, ſuſpicari & contendere auderem. Tametſi enim is eſt fortè cui Annales Paternianenſes (vt ſe ex eis Lazius excepiſſe affirmat) cognomentum à Stratlingem arce tribuunt: minimè tamen ipſi Lazio aſſentiri poſſum, Hugonis Abbatis in Hugeshouem in Vuillertal filium fuiſſe, ſi is etiam Hucberti illius à Conrardo Reginonis occiſi filius fuerit. De hoc enim Hugone nullum penitùs verbum in Regino-ne, qui tamen ſe Hugonis Abbatis (cuius nepotem fuiſſe Rodulfum Regem ait) mentionem feciſſe disertè affirmat. Quomodo autē eiuſdem Huc-

berti ſiue Hugoberti Luitfridus Suntgouiæ Comes auus eſſe potuerit, qui ipſomet Lazio teſtante, anno 954. à Sueuis peremtus ſit.

LVDOVICVS Imperator Caroli defuncti frater, Regem ſe Burgun-
865 diæ in ipſa Burgundia, à Vuenilono Archiepiſcopo coronari fecit. Id 10
quod tamen à nullo alio, præterquam ab Odoranno, memoriæ proditum 26
habemus, licet id à P.Aemilij antea commemorata ſententia non alienum ſit.

HERISPEVS, ſiue Heriſpoius, Britanniæ Rex à Salomone non filio (vt
866 P.Aemilio viſum eſt) ſed tamen conſanguineo ſuo, regnandi cupiditate oc 11
ciditur. Is verò cùm ſe iiſdem legibus quibus Heriſpeus Carolo ſubieciſſet, 27
principatum retinere permiſſus eſt. Regino.

NORMANNIS Nannetum, Turonúmque fines populantibus, Ranulfus Aquitaniæ Dux, & Robertus Andium Comes, infeliciter occurrentes occiſi
867 ſunt. Quapropter ipſi Roberto in Præfectura Ligerina Hugo (Abbatis no 12
mine hiſtoricis Gallicis tantopere celebratus) ſucceſſor datus eſt, iuxta An- 28
nal. vet. & Reginonē. Chronicon autē Diuionenſe Hugonem Roberti fratrem fuiſſe tradit: Roberti Vdonem ſiue Odonem & Robertum filios fuiſſe conſtat.

SARRACENIS Italiam vaſtantibus & Ducatum Beneuentanum vrentibus, Lotharius fratri Ludouico cum Burgundionum Auſtraſiorúmque co-
868 piis in auxilium accurrit: nec inde niſi peſte in caſtra ſua ſæuiente, cùm iam 13
præclaram in debellandis hoſtibus fratri nauaſſet operam, revocari po-
tuit. Reg. 29

LOTHARIVS diris Pontificiis ſolutus Romæ, dum patriam repeteret, morbo peſtilenti retentus fatum Placentiæ conſecutus eſt 6. id. Aug. anno quàm imperare cœperat 15. Ex Vualdrada pellice filium nomine Hugonem reliquiſſe veteres conſentiunt. Soli omnium qui mihi adhuc occurrerunt, Cuſpinianus & Onufrius, illi alium ex Thietberga coniuge nomine Lotharium ſuperſtitem fuiſſe autores ſunt: cuius ex Bertha quæ poſtea etiam Adalberto Marchioni Tuſciæ nupſit, Hugo filius, & in Comitatu Arelatenſi poſtea hæres fuerit. Quod tamen ex Aimonij & aliorum veterum ſcriptis nō facilè admitti poſſe videtur: cùm Carolo Franciæ & Ludouico Ger-
869 maniæ Regibus patris illius opes inter ſe diuidentibus, Ludouico verò Im-
peratore ad ſe eas revocante, nullus filij ius oppoſuerit, licet Luitprandus 14
illum Regio ſanguine Francorum natum fateatur. Quare probabilior Peu- 30
ceri ſententia, qui maluit illum Lotharium ex Vualdrada pellice ſuſceptum aſſerere: licet ipſum haud Hugonis Arelatenſis filium, ſed potius Hugonis fratris eius fuiſſe arbitretur. Porrò in vacuam Regni Lotharienſis poſſeſſionem Carolus Franciæ Rex ſe tanta celeritate iniecit, vt menſe ab obitu Lotharij nondum exacto, eius Regni coronam ab aduentitio Metenſi Epiſcopo ſuſcepiſſe auditus ſit: vnde in Alſatiā profectus Hugonem Luitfridi filium & Bernardum cum Bernardi filio, eius regionis primates in fidem

fidem recepit. ex Reginone, Aimonio, Auentino. Lazius autem Hugonem
illum Luitfridi filium, patrem Hucberti (qui Lotharij Regis ſororius fuerat)
fuiſſe, aut, ni fallor, filium contendit: cùm tamē Luitfridus pater ſecundum
eius ſententiam vix aut nondum natus eſſe potuerit. Sigiberto non aſſentiendum, qui id anno 871. aſcribit.

DVM Regnis à ſe vſurpatis Carolus à Ludouici Regis fratre & Auguſto
nepote graui denunciatione iubetur decedere, ne ambos ſimul hoſtes habeat, Germanicum vt propiorem, in partem icto fœdere recipit, diuiſa Lotharingia alteráque Burgundia, vt quis cuiq; locus erat opportunior: adeo
870 vt Burgundiæ pars Rheno vicinior Ludouico, remotior verò, vt Biſuntina 1
cum Allobrogibus & Prouincia Carolo remāſerit. Hanc verò partitionem 31
Annal. vet. Aimonius & Regin. 5. cāl. Auguſti anni 870. factam diſertè teſtantur: quod & antiquis diplomatibus (quæ annos ſucceſsionis in Regno Lotharienſi, ſicut & Regni Caroli in Gallia enumerant) reſpondet.

CAROLVS ducto in Burgundiam inferiorem exercitu, vt eam in ſuam
poteſtatem redigeret, Gerardum quendam Comitem ſibi obſtrepentem
871 (quòd Ludouico Aug. fortè ſtuderet) habuit: ſed eo debellato, Viennam 2
quæ illum non admiſerat, recepit, quam ideo Boſoni vxoris ſuæ fratri cu- 32
ſtodiendam reliquit, Ludouico Auguſto bellis Sarracenicis & Italicis tunc
occupato. Cæterum hunc Gerardum quidam (ignobiles tamen ſcriptores)
872 à Ruſsilone cognominatum volunt (cùm tamen alij Caroli Martelli tem- 3
poribus fuiſſe malint) & ab eo Burgundionum Comitum originem dedu- 33
cunt: quòd cùm ei (vt aſſerunt) agellus in Prouincia remanſiſſet, Theoderici pater fuerit, cuius filius Falco, a quo Gerardus ſecundus, qui Vualtherum
873 rum patrem Reinaldi primi, Burgundiæ Biſuntinæ Comitis, progenuit. 4 34

NORMANNI per oſtia Ligeris Galliam ſubeuntes, Andegauum ciuitatem occupauere: Carolo verò cum auxilio Britonum adueniente, in ea ob-
874 ſeſsi, ne duriora paterentur, data ingenti pecunia, abeundi poteſtatem im- 5
petrauere. Reg. Aimo. 35

SALOMON Britonum Dux aut
Rex, inſidiis Paſquitani & Vrfandi, ſeu Vrſanis & Vuigonis Rhuallui filij, Procerum ſuorum interimitur. Hi verò dum de Britanniæ ſucceſsione inter ſe digladiantur, Vr-
875 fandus Paſquitano deuicto & occiſo fit ſuperior: ſed ille non diu ſuperſtes, litigioſam adhuc magis reddidit ſua morte Britanniam inter Alanum Paſquitani fratrem & Indichaëlem ſive Inchaëlem Heriſpei nepotem. (licet Britonica hiſtoria filiū dicat.) Ex Regin. Aimo. Sigeb. Non

LVDOVICO Lotharij filio Imperatore, nulla virili prole ſuperſtite, in Italia mortuo, Carolus Galliarū Rex patruus eius Imperium ſibi aſſerturus, tāta celeritate Alpes ſuperauit, vt fruſtratis nepotibus ſuis,
qui miſſu patris Ludouici Germa- 6
niæ Regis tranſitum illi interclu- 36
ſuri venerant, Romam menſe Decembri pervenerit, ibiq; Rom. Pontificis procerúmq; Italorum animis ſibi demeritis, 8. calen. Ianuar. anni 876. ineuntis, Auguſtus ſalutatus coronatúſque fit. Annales veteres, Aimo.

Anni Christi. *Anni Regum Burgund.*

Aimonius, Regin. Herm. Contr. Mana. Scoto.

NON adhuc pedem Italia Carolus extulerat, cùm vt eius Imperium ſibi
ſtabiliret, Boſonem Iudithæ coniugis ſuæ fratrem, Inſubriæ Ducem inſti-
tuit, eiúſꝗ capiti coronam Ducalem ſuis manibus in celeberrimo Proce-
rum Italorum conventu Papiæ impoſuit: Addunt verò Luitprãdus Aimo-
niúſꝗ Boſonem eo beneficio non contentum, abſente paulò pôſt & incon
ſulto Carolo, cepiſſe Hermengardam Ludouici defuncti Imperatoris fi-
liam, quæ penes Berengarium Ducem educabatur, eámque ſibi connubio
copulaſſe. Quod tamen Carolum æquo animo, vel non diu grauiter tuliſ-
876 ſe, aut ſaltem anno ſequenti factum oportuit: extat enim diploma in monu 7
mentis cœnobij D. Benigni Diuionenſis, anni Regni ipſius Caroli in Fran 37
cia 37. in ſucceſsione Regni Lotharienſis 7. Imperij 2. Indict. 10. & 8. id. Ian.
in quo Carolus Boſonem cariſsimum ſuum vocat Italiæ Ducem miſſum,
& ſacri Imperij Archiminiſtrum. Cæterùm reverſus in Galliam Carolus, va-
ſtationem iniuriáſque ſe abſente à nepotibus ſuis Auſtraſiæ illatas, cùm in
Germaniam regerere cogitaret, validiores ſpe ſua res nepotum ſuorum ex-
pertus, copias ſuas turpiter domum reducere coactus eſt.

CAROLVS precibus Italorum Romaniꝗ Pontificis in Italiam ſecundò
profectus, conſpiratione ſuorum Procerum, in quibus erat Boſo cum Hu-
gone Abbate & Bernardo Aruernorum Comite, qui illius profectionis
Comites eſſe recuſarant, pedem referre in Galliam coactus eſt, cùm adven-
tanti adverſus ſe Carolomanno nepori ſuo cum exercitu iuſtas copias op-
ponere non poſſet. Sed cùm permearet Alpes, hauſto veneno ex medici ſui
manu, vitam amiſit, vnico filio nomine Ludouico, (cui Balbi cognomen
877 datum eſt) relicto. Qui non minùs vtriꝗ Burgundiæ, quàm cæteræ Galliæ 8
atꝗ etiam Italiæ, ſub Imperatoris titulo, annis circitèr duobus imperauit, 38
vt in Annalibus vet. & Aimonio habetur. Ex quibus intelligimus, falſùm
eſſe id quod Regino & eum ſequuti recentiores tradiderunt, Carolum pau-
lò ante obitum ſuum inſtituiſſe in Italia Boſonem Provinciæ Regem, cùm
id etiam tabula electionis eius à Præſulibus Burgundicis, atque aliorum
autorum teſtimonia perſpicuè refellant.

873 9
39

Regni

REGNI ARELATENSIS, SIVE BVRgundiæ inferioris, inſtitutio.

BERNARDVS Gothiæ Marchio, res nouas adverſus Ludouicum Imperatorem moliri viſus, ipſum in ſe ſic concitauit, vt infeſto exercitu in illum iam contenderet: ſed morbo Trecis retentus, eóq; ingraueſcente Compendium reductus, 4. id April. ibi vitam cum morte commutauit. Hinc autem contentio de Regni ſucceſsione inter Francorum Proceres orta eſt, cùm ex cõiuge poſthumum tantùm, cui Caroli Simplicis nomen fuit, reliquiſſet, nec deeſſent (maximè Goslinus cœnobij S. Germani Abbas, & Conrardus Pariſiorum Comes) qui Ludouicum Germaniæ Regem ad res Galliæ capeſſendas euocandum vrgerẽt. Poſtrema tandem Imperatoris voluntas, & aliorum Procerum (Hugonis Abb. præſertim) Theodorici, Boſonis, & Bernardi Aruernorum Comitis fides & autoritas prævaluit, vt alij duo eius filij Ludouicus & Carolomannus quos ex Anſgarde puella ſuſceperat (quam in iuuenilibus annis inconſulto patre coniugali thoro ſibi copulauerat, & eo cogente poſtea repudiauerat) ambo Reges nominarentur & coronarentur, eorúmq; deinde auſpiciis res adverſus Normannos, Gallias tunc temporis immaniter deprædantes, gererentur.

CAETERVM Theodoricus inter Proceres Imperatori defuncto gratiſſimus, eo adhuc viuente Auguſtodunenſis Comes deſignatus fuerat. mortuo tamen Imperatore de illo Comitatu cum Boſone Duce ſtatim contendere coactus eſt. Quo autem iure illum ſibi arrogaret Boſo, non adhuc cõpertum eſt. quæ enim exponit Aemilius, minimè ſatisfaciunt. Lis tamen illorum iudicio Hugonis Principis ita diremta eſt, vt Comitatus Boſoni adiudicatus ſit, Abbatiæ verò & cœnobiorum quos in illis locis obtinebat proventus Theodorico relicti. Nihilominus Boſo ſpretis paulò pòſt adoleſcentulis Regibus (quos etiam auum eorum ſpreuiſſe prætendebat) etſi eorum coronationi aſſenſum iam præbuiſſet, & importunis Hermengardæ vxoris ſuæ ſermonibus & querelis impulſus (quam quòd Imperatore nata eſſet & olim Imperatori Græciæ deſponſata, vitam regaléſq; titulos non ge-
879 rere tædebat) partim minis, partim blandis pollicitationibus & largitioni- 1
bus apud Burgundię primates & Præſules effecit, vt totius Burgundię Rex 1
eligeretur. Itaq; collecti plurimi tum ex inferiore & ſuperiore, tum ex Iurenſibus Burgundiis Præſules & Primates, ad Mantalam, Regiam domum, prope Viennam, illum ſolenniter Regio ſolio impoſitum corona Regia coronarunt, idibus Octobris anni 879. Indict. 12. A quo tantùm tempore Rex dici & haberi cœpit, vt ex eius etiam diplomatibus & tabula iſtius electionis, atq; etiam Aimonij teſtimonio teſtatum habemus. Nihilominus id duo Francorum Reges adeò moleſtè tulerunt, vt ab eo tempore Boſonem hoſtilibus quibuſcunq; modis perſequi non deſtiterint, eiúſq; nomen non ſo-

lùm ipſi, ſed qui eos etiam ſequuti ſunt Reges grauiter audierint, exoſúmq;
ſemper habuerint. Quare Regino ſcriptum reliquit, non modò Duces ac
Principes, ſed etiam eorum ſatellites, in eius perniciem exitiúmq; ſe ſacra-
mentis execrationibúſq; obſtrinxiſſe: fuiſſe verò tantæ prudentiæ ſagacita-
tiſque, vt à nullo eorum, à quibus aſsiduè impetebatur, capi aut circumve-
niri vnquam potuerit. In retinendis autem ſuorum erga ſe ſtudiis animiſq;
tàm induſtrius fuit, vt quamvis capitale eſſet illi ſuum ſtudium operámque
præſtare, à ſuis tamen militibus nunquam deſertus, nec inſidiis petitus, nec
fraude proditus ſit: licet eorum nihil intentatum hoſtes eius reliquiſſent.
Porrò cùm poſt Ludouici interitum nullus amplius in Gallia extaret, qui
Imperij Italici iura ſibi arrogare auderet, Carolus cognomine Craſſus Sue-
uiæ Rex Carolomanni fratris ſui ſenioris (qui valetudine deſperata labo-
rare tunc putabatur) permiſſu Imperij titulos ſibi vendicauit, traiectiſque
trans Alpes copiis, Italiæ proceres in ſua verba iuramento adegit.

PARTITIONE Regni Gallici facta inter fratres, Ludouico Neuſtria
cum ſuis appendicibus, Carolomāno verò Ciſararica Burgundia & Aqui-
tania cum ſuis iuribus obtigerunt. Quapropter iunctis copiis, vbi Nor-
mannorum furores vno prælio aliquantulum repreſſerunt, adverſus Bo-
ſonem Burgundias totas iam occupantem inſtructis agminibus conten-
derunt, occurrentémq; cum exercitu prope Matiſconam, ſignis collatis
fuderunt, fugarúntque, adeò vt ipſam vrbem ad deditionem compule-
rint, reddente ipſam Bernardo cognomine Plantæ piloſæ, illius Comite
880 & defenſore, vt in Annalibus veter. habetur. Cuius tamen fidei illam mox 2
(Aimonio teſte) reddiderunt & commiſerunt, ſic vt ab eo poſteritas Co- 2
mitum Matiſconenſium, qui hæreditaria ſucceſsione ea potiti ſunt, ema-
naſſe feratur. Malè igitur ex Richardo Boſonis fratre receptam fuiſſe, ab
omnibus ferè antea creditum eſt. Porrò receptis etiam aliis vrbibus, quæ
Boſonis fidem ſequebantur vſque Viennam, ipſum in ea, compulſum ob-
ſidione, circundant Reges, non diſceſſuri priuſquam expugnarint. At ille
clàm elapſus, relicta coniuge liberiſque cum copiarum ſuarum robore in
tutiora loca ſe recepit.

NORMANNIS iterum horribiliter in Gallias ſæuientibus, Caroloman-
nus in oppugnatione Viennæ perſeuerat: Ludouicus verò in Neuſtriam
revocatur: vbi Ludouico Regi Germanico ad Gundolfi. oppidum occur-
rit, inde verò collatis cum Normannis ſignis, nouem millia ex illis cecidit.

881 QVO tempore Richardus, qui poſtea Ducis, Marchioniſque Burgun- 3
diæ, primus nomen tulit, Auguſtodunenſem Comitatum rexiſſe explora- 3
tum habemus: cæterùm an Regum vel Boſonis beneficio, qui poſtquam
Rex creatus fuit ipſum etiam Comitem creârit, non adhuc compertum. Sed
cùm Aimonius fratrem Boſonis appellat, qui Bonino Comite natus erat,
Theodorici filium fuiſſe (quod Aemilius & Paradinus crediderunt) re-
fellit. Conſtat tamen toto hoc bello, fidelem operam ſtudiúmque Re-
gibus præſtitiſſe.

Ludo-

Lvdovico Francorum Rege mortuo, Carolomannus totius Regni Gallici fit moderator. Qui cùm hac de cauſa ab obſidione Viennæ revocatus eſſet, ei tamen abſenti deditione reddita eſt, menſe Septembri, & vxor filiáque Boſonis in Comitatum Auguſtodunenſem à Richardo eius fratre
882 abductæ: interim Boſo, licet Vienna totáque Burgundia quæ eſt cis Ararim deiectus, Principatum tamen in cæteris Allobrogibus, & in provincia Arelatenſi, quæ pars fuit Burgundiæ, adhuc retinuiſſe certum eſt. quamvis an in Tranſiurenſibus etiam, non adeò notum ſit. Vnde Regis Arelatenſis nomine, quàm Burgundiæ celebratior fuit. Annal. vet. Aimo. Reg.

Carolvs Imperator conventum apud Vangiones habuiſſe, ibiq; Boſonem Regem in ſuam fidem recepiſſe, Hugonem verò Abbatem Carolo-
883 manni nomine Lotaringiam ab ipſo repetitum fuiſſe traditur.

Carolomanno Rege humanis hoc anno exemto, de Regni ſucceſſione inter Franciæ proceres grauis contentio exorta. Pars enim, Hugone Abbate maximè ſatagente, Ludouicum illius filium adhuc iuuenem, qui, Nihil feciſſe, cognominatus eſt, ad Regnum vocabat. Qui verò tantę indolis illum non eſſe agnoſcebant, vt rem Francicam ſub illo à Normannorum furoribus maleficiiſque tutam fore ſperari poſſet, Carolum Craſſum Auguſtum è Germania evocare maluerunt. Cùm itaq; alij, & ea maximè Neuſtriæ pars, quæ vltra Sequanam moderamen Hugonis Abbatis agnoſcebat, in fide Ludouici permanſiſſent, cęteræ Galliæ provinciæ cum Burgundia Ciſararica Carolũ viſæ ſunt excepiſſe. Qua ratione vterq; à vetuſtioribus autoribus tam Gallicis quàm Germanicis, in ordine Regum Franco-
884 rum annumeratur, adeo vt Ludouicus in Chro. cœnobij Benigniani biennium tantummodo regnaſſe ſcribatur, in Aimonio verò vſque ad obitum ſuum, quo paululum Hugoni Abbati ſuperſtes fuit, cuius ope (nec ſine ſtrage tamen) Normannorum Neuſtriam vaſtantium (cùm dicerent inducias in duodecim annos cum illis factas defuncto Carolomanno illorum autore ſolutas) furores aliquantulum repreſſiſſet: Carolus verò à Sigeberto annos 5. Regnum Gallicum obtinuiſſe commemoretur, quamvis ad tertium tantummodo perveniſſe ex ſequentibus comprobetur. Extant enim plurima liberalitatis eius in cœnobia, nõ ſolùm Germanica, ſed etiam Gallica diplomata, quæ docent illum regnandi initium in Gallijs feciſſe ab anno 885. Quale illud quod in Archiuis cœnobij Diuionenſis actum habetur, anno ſcilicet Chriſti 885. Indictione 4. Imperij ipſius in Italia 5. Regni, in Francia Orientali 4. in Gallia primo. Cui duo alia ſimilia nobis etiam ab
885 Auentino in ſuis Boiorum Annalibus exhibita ſunt. Ex illis autem non fruſtra in obſeruationem à quibuſdam relatum eſſe video, Carolum primum omnium Imperatorum extitiſſe, qui ſuis libellis, epiſtolis & diplomatibus annos Chriſti addiderit, ab eóque exemplum deſumtum fuiſſe.

Hvgo Lotharij Regis ex Vualdrada pellice filius, Lotharingia occupata, ne à Germanis Franciſve illa pelleretur, omnia per Normannos ſibi miſcenda conturbandáque eſſe conſtituebat. ideóque Gotofredo eorum

Regi ſororis ſuæ viro perſuaſerat, vt nouas quaſdam aſsignationes in Gallia, præter illas quæ iam illi attributæ erant ab Imperatore, expoſceret, ſperans ſive iis negatis, hoſtes ex amicis ea repulſa futuros Germanis Normannos: ſive conceſsis, inde in medias Imperij provincias, vbi videretur, erupturos & penetraturos. At cùm Imperator artem perſenſiſſet, Norman- 2
886 num Regem ad colloquium compoſito loco temporéque evocatum, per 9
Henricũ Ducem ſuũ poſitis inſidiis occidi curauerat, ac Hugonẽ paulò pòſt auxiliis deſtitutum captum, oculis priuauerat: idq; anno ſuperiore vt à Reginone annotatum eſt: hoc autem anno Normanni vlciſcendi Regis ſui ſtudio incenſi, Louanij obſidionem repetierunt, captúmq; (copiis Imperatoris ſeſe fruſtra oſtentantibus) obtinuerunt.

NORMANNI Louanio profecti, procellam ſuam in Franciam verterunt, Lutetiámque cum Sigefrido Rege ſuo totis ſuis viribus oppugnare contenderunt: ſed Odone Roberti filio Pariſiorum Comite & Goslino Præſule eam ſtrenuè defendentibus, nihil aliud conſequuti ſunt, quàm quòd Henricum Regis ſui occiſorem, ab Imperatore ad tutandam Franciam miſſum, in ſe erumpentem, diſpoſitis inſidiis oppreſſerunt. Id quod Carolum in eos cum copiis ſuis advenientem adeo terruit, vt maluerit pacis fœdera cum illis inire, quàm pugnæ caſum tentare. Itaque vt à reliqua Gallia eiúſq; populatione abſtinerent, eam Neuſtriæ partem quæ eſt trans Sequanam illis conceſsiſſe Regino autor eſt. Vnde non ſolùm ad incolendum datam, ſed etiam ab iis incoli ex eo tempore cœptam Sigebertus & Aemilius crediderunt. Ego verò Neuſtriis, quòd ſtudio Ludouici Regis &
887 Hugonis Abbatis partium, Caroli imperium publicè detrectarent, ab i- 3
ſtius pacis beneficio excluſos fuiſſe intelligo, adeo vt Normannis licuerit in eorum terram adhuc ſæuire, conatúſque ſuos dirigere. Ejus autem poſſeſsionem aſſecutos fuiſſe ante Caroli Simplicis tempora, nullo modo mihi perſuaſerim. nec enim tam citò ad Franciæ devaſtationem rediiſſent. Nihilominus Hugonem Abbatem, qui Ducatui inter Ligerim & Sequanam præerat (quidam Aurelianenſem, alij Francicum, Germani ſcriptores Celticum dixerunt) Ducum omnium ſui temporis belli paciſque virtutibus præſtantiſsimum, eodem ferè tempore extremum diem clauſiſſe, eique in eundem Ducatum Odonem Pariſiorum Comitem Caroli conſenſu ſucceſsiſſe: nec etiam Ludouicum Regem (qui Nihilus dictus eſt) diu poſtea ſuperſtitem fuiſſe, & Regino, & Sigibertus, Aimoniúſque teſtes ſunt.

DVCATVS BVRGVNDIÆ INITIVM.

CAROLO Imperatori ſuę mentis non ſatis compoti, Arnulfus Carlomanni ex pellice filius, curator. Deinde eo initio huius anni mortuo, ſucceſſor à Germanis Proceribus datus eſt. Ideo cùm Carolus Simplex, Ludouici Balbi filius, ad Regni moderamina capeſſenda per ætatẽ non adhuc eſſet idoneus, Arnulfus nõ ſolùm Imperator, ſed
888 etiam Franciæ Rex dictitari volebat. Sed cùm periculum quod à Danis imminebat, Franciam rurſus terrere inciperet, permiſit vt Franciæ proceres Odonem Roberti filium, Pariſiorũ Comitem, ex tutore Regem crearent, propter inſignes eius tum corporis tum animi dotes, licet nonnulli cum Fulcone Archiepiſcopo Remenſi, Guidonem Spoletinum ex Italia euocandum cenſerent, atque ob id à Valtero Senonũ Archiepiſcopo, Odo ſiue Eudo inungi coronariq; voluit. Et vt ſuas etiam res ſtabiliret, Richardũ Comitem Auguſtodunenſem, virum ſtrennuũ & in re bellica exercitatiſſimum, totius Burgundiæ quæ eſt cis Ararim Ducem pauló poſt inſtituiſſe mihi facilè perſuaſerim, vt ſub eo nomine maiore vi & autoritate res adverſus Normannos gereret. Qui fœdere quod cum Carolo icerant conculcato, Luteriam ſecundò tentare auſi ſunt. Ab ea autẽ, Roberti Odonis Regis fratris Pariſiorúmq; Comitis virtute repulſi, in

REGNI IVRENSIS BVRGVNDIAE PRIMORDIA.

REGNA quæ Caroli Craſſi Imperio, vt in vna cõpage colligata erant, eius interitu velut hęrede legitimo deſtituta, repentè adeo (quemadmodum tradit Regino) diſſoluta ſunt, vt quæq; ſibi idoneũ propriúmque Regem è penu ſuo creare, naturalẽſque dominos non ampliùs reſpicere fas eſſe duxerint. Hac ratione cùm noua Regna multis in locis emerſerint, vnum illorũ
1 fuit, quod Rodulfus Chonrardi cuiuſdam Comitis (cui ſecundũ Annales Paterniacenſes cognomentum fuit à Stratlingem arce) filius, Hugonis autem Abbatis nepos, in ea Burgundiæ parte quæ trans Iuram ad Alpes vſque protenditur, ideóq; Tranſiurenſis dicebatur, cui Comitis nomine poſt patrem præerat, hoc anno erexit: incolarũ populariúmque animis ſibi conciliatis, adeo vt ab iis, Regem illius Burgundiæ ſe ſalutari Regióque more coronari curauerit, nec eo ſanè contentus vicinorum Burgundionum Lotharienſiúmq; animos legationibus pollicitationibúſq; in ſe conuertere tentauerit. Id quod Arnulfo Imperatori tantopere moleſtum fuit, vt ad eum inde depellendum nihil non ſibi tentandum eſſe duxerit. Ille verò ita peritè ſibi proſpexit, vt locorum aſperitate & difficultate tutus, hoſtium ſuorum conatus omnes ſemper eluſerit, feliciterq; repulerit. Vnde tandem Re-

in Senones delati ſunt, quos cum menſibus pluſquam ſex (Reginonis teſtimonio) fruſtra oppugnaſſent, magnámque ibi hominum iacturam Richardo ipſo in eos irrumpente pertuliſſent, totam Burgundiam prædis, cædibus atque incendiis eodem anno pervaſtarũt: cùm nec vllus alius ante illum (cuius ſaltem ſit nomen ab Hiſtoricis memoriæ proditum) nec ipſemet, ante Regni Odonis primordia, Burgundiam Ducis titulo rexiſſe viſus ſit. quanquam Annales Remenſes ipſi etiam Marchionis Burgundiæ nomen tribuant. Ideo certis teſtimoniis conſtat præſertim ex tabula electionis Ludouici filij Boſonis, illũ iam Ducis appellationem geſsiſſe anno 890. At cùm ſub eodẽ Odone, vel ſub Carolo Simplice ſaltem, Ducum Comitúmq; poteſtas hæreditaria perpetuáque cœperit eſſe, quę temporanea tantùm antea fuerat, ita obſeruare licet Richardum primum extitiſſe, qui Ducalem Burgundiæ Præfecturam ad poſteros ſuos hæreditaria ſucceſsione tranſmiſerit: adeo vt nõ ab alio Ducum Burgundionum ſeriem auſpicari oporteat. Qua de cauſa annos, tum ipſius, tum Ducum ſequentium, ab hoc anno cõputare libuit. Quo Carolo Craſſo humanis exemto, Arnulfus Regni Germanici, Odo verò Gallici habenas inierunt: vetuſtiorum probatiorúmq; autorũ teſtimonio: nempe Vuittikindi, Saxonis, Reginonis, Dadonis Virdunenſis, Hermanni Contr. Mariani, Scoti, Gotofredi Vuiterbienſis, Lãberti Scaff. Otthonis Friſing. Abbatis Vrſper. Chronici Benigniani, & Supplementi Idatij, quibus vetera

gnum adeo firmum ac ſtabile relecit, vt ad quartã etiam ſtirpem poſſeſsio eius poſt obitum ſuũ deſcenderit, poſtquam in eo gubernando annos circiter 24. exegit. Nec enim iis aſſentiri poſſum, qui Conrardi illius (qui anno 937. regnare orſus eſt) patrem fuiſſe tradiderunt, cùm certis teſtimoniis & argumẽtis poſtea demonſtraturus ſim auum potiùs quàm patrẽ eius extitiſſe, præſertim cùm cauſæ quæ illum ad Regni faſtigium extulerunt, réſque ab eo viriliter geſtæ virum iam matura ætate hoc tempore fuiſſe declarent. Cui opinioni etiam aſſentitur Lazius, licet deliria omninò eſſe videantur quæ de hoc Rodulfo eiúſq; poſteris in Genealogia Auſtriaca proferre auſus eſt, & abſurda & inter ſe pugnãtia, vt ſuis locis poſtea oſtendemus. Cæterùm qui Rodulfi iſtius vel Boſonem vel Richardum patrem fuiſſe crediderunt, Reginonis teſtimonio luculenter refelluntur, qui Chonrardi filium vocat, & Hugonis Abbatis (cuius ſe mentionem feciſſe paulò antè diſertè aſſerit) nepotem. Cùm igitur duorũ Hugonum Abbatum tantummodo meminerit, illius ſcilicet quem Rex Lotharius ex Vualdrada pellice ſuſceperat, & eius quem Gallicæ hiſtoriæ Ducatum Aurelianenſem ſiue Ligerinum tenuiſſe commemorãt, ad alterutrum illorum iſtud referri neceſſe eſt. Sed cùm de poſteriore recentiùs ſcripſiſſet, de illo etiam magis quàm de alio iſtud dictum videri poteſt. Interim hoc obſeruatione dignum eſt, Regnum iſtud ab vno Rodulfo inchoatum: in alio verò eiuſdem ſtirpis Rodulfo poſt annos cẽtum & circiter 42. diſſo-

tera diplomata tabulæq; omnino aſtipulantur. licet recentiores ferè omnes vel Sigebertum, vel alios quoſdā ſequuti, Caroli Craſsi obitum anno 891. aut 894. aſcribant. Ex quo neceſſe eſt, rationem temporum in annis Regum Gallicorū & Imperatorum, apud hiſtoricos valde incertam conturbatamq; eſſe.

diſſolutū fuiſſe. Poſtremò nec hoc diſsimulandum eſt Burgundiæ Regnum, quale ſub prioribus Regibus fuerat, in tres Principatus hoc ſeculo diſtributū fuiſſe. Quidquid enim à Iura monte ad Alpes vſque excurrebat, vbi quondam Heluetij Rauraci & Allobrogum pars, hodie verò Sabaudiæ Ducatus, ac Vchtlandia, Briſgouia, Suntgouia, Cremerlandia & Tigurinenſis Præfectura, ſive Heluetiorum hodiernorum pagi tenent, Regno Iurenſi, quod ab iſto Rodulfo inchoatum fuit, comprehendebatur. Nec enim ſibi adhuc adiecerat Burgundiam ſuperiorem, quæ Iura & Vogeſo montibus includitur, vbi hodie Veſontio Tullúmque & Dola vrbes ſub Comitatu Burgundico ſpectantur, in quam Richardum Burgundiæ Ducem eiúſq; filios, ius ſuum aliquandiu exercuiſſe mihi nonnulla teſtimonia indiciáq; fidem faciunt. Tertium verò Principatum Burgundia inferior, quæ provinciam Arelatenſem Maſsilienſémq;, ab Alpibus ad Rhodanum vſq; continet, conſtituebat. Cui Boſo eiúſq; filius, & Hugo poſtea, atq; etiam Carlus Conſtantinus Ludouici orbi filius (Viennæ præſertim) præfuerunt. Quod autem regni Iurenſis auſpicia hoc anno ſtatuere oportuerit, præter Reginonis atq; illius qui Chronicon Idatij continuauit, autoritatem, fidem faciunt nonnulla vetera teſtimonia atq; etiam diplomata quæ in Cartophilacio Bernenſi extant. quale vnum eſt inſcriptū ad annum ſalutis VCCCXCV. Indictione XIII, anni Rodulfi regis VIII.

889 NORMANNI obſidione Pariſienſi tertiò infeliciter tentata, Trecarum ciuitatē aggreſsi ſunt, captámque incendio cremarunt. Eos autē ad Axonam fluuiū aſſequutus Odo ingentē ſtragem illis intulit: vt Regino & Sigebertus teſtes ſunt. Aimonius verò autor eſt, rem cum illis iterum eodem anno, ad Fanum Florentini, feliciter tentatam fuiſſe.

2 BOSO provinciæ Arelatēſis Rex Indict. 7. anno Regni ſui 10. diem ſuum obiiſſe Paradini teſtimonio dicitur. In tabula tamen, quæ electionem Ludouici filij eius exponit, habetur Regnum Arelatēſe ab obitu Caroli Craſsi, ſine Rege aliquandiu extitiſſe, adeo vt hinc à Danis, illinc à Sarracenis impunè infeſtaretur. Quod effecit, vt Primates, Præſuléſq; eiuſdem Regni, aſſenſu Imperatoris Arnulfi, & Stephani Romani Pontificis conſilio, aſtipulante verò Richardo Burgundiæ Duce, Ludouicum ipſius Boſonis ex Hermingarda filium Regem ſibi conſtituerint. Ex quo ei paternum ius, ad Regni faſtigium adipiſcēdum, parum profuiſſe notum eſt. Cæterùm ab hoc anno, quo hæc electio facta fuiſſe traditur, ad eius obitū, annos circiter 15. regnaſſe videtur. 1

L v.

Anni Chriſti.	Anni Ducum Burgund.	Anni Regum Burgund.

LVTETIAM à Normannis ſeptē
circitèr annis oppugnatã, hoc tem-
pore fuiſſe in Chr. Diuionenſi ſcri-
ptum habetur. Ob id etiam hoc an-
no ab iiſdem fruſtra tentatam fuiſ-
ſe Regino teſtis eſt: adeo vt ſe hinc
890 in Britanniã minorem, recenti diſ-
ſidio Inhaelis ſeu Vuidicheilis &
Alani adhuc turbatã, ſe receperint:
illícq; cum Britonibus malè inter
ſe concordibus acie congreſsi, in-
gentem de illis illorúmque Comite
Inhaele cædem ediderunt. Quæ ta-
men illorum animos haud ita infre-
git, vt reparatis viribus & copiis, Alano ſuo Duce, manum rurſus cum ho-
ſtibus longè etiam audaciùs conſerere auſi ſint: adeo vt victoriam clade pri-
ſtina multò inſigniorem reportarint: quæ Normannos amiſsis ſuorum vn-
decim millibus, ſtatim tota Britannia omnino excedere coēgit, Britonéſq;
ab eorum infeſtatione tutos, ſub Alani principatu vſque ad ipſius obitum
reddidit. Qua in re Reginoni huius ſeculi æquali potiùs, quàm Britannicis
ſcriptoribus fidem adhibendam cenſemus, qui principatus ipſius Alani pri-
mordia anno tantùm 910, ipſumq; Inhaelis patrem fuiſſe ſtatuunt.

BERNARDVS Matiſconēſis Co-
mes fato concedens, Raculfo filio
Comitatum ſuum quaſi per manus
tradidit. Bugnonius.

SVB Richardo Duce Girbaldus
3 Vido, Radulfus Comites in Bur- 2
gundia, Madelgandus verò Oſca-
rienſium Vicecomes. Chr. Beni-
gnianum.

CAROLO Simplici, vbi adole-
uit, Regnum paternum repetenti
891 Odonem liberaliter hoc anno reſti 4 3
tuiſſe, & eo nomine parte ipſius Re-
gni remuneratum fuiſſe, in monu-
mentis cœnobij Benigniani teſtatũ
habemus. Ideo Aquitaniam omni-
no ei conceſſam, vt à cætera Gallia
abſtineret, Aemilius addidit. Ex Re-
ginone autem conſtat, anno 892.
multos ſummæ autoritatis in Fran-
cia Principes, Odoni Regi (æmu-
latione fortè rerum adminiſtrãda-
rum) adverſari cœpiſſe: Vualtariũ
892 verò Comitem, Adalelini Comitis 5
auunculi ipſius filium, cõſilio alio-
rum palàm ab eo defeciſſe, adeò vt
Lugdunum ciuitatem occuparit. Sed Odone paulò pòſt adveniente, in ea
captum fuiſſe pœnáſque rebellionis ſuæ capite luiſſe, nec tamen incendium
iſtud inde reſtinctum fuiſſe: cùm Odoni ſtatim in Aquitaniam proficiſcen-
dum fuerit, Ramnulfo, & fratre eius Gotzberto Comitibus, atq; etiam Ebu-
lone S. Dionyſij (licet Aimonius S. Germani dicat) Abbate, res illic adver-
ſus

SYNODVS præſulũ Galliæ præ-
ſidibus Iohannne & Paſchali lega-
tis Formoſi Pontif. Rom. hoc anno
Viennæ Allobrogum celebrata au-
toritate Ludouici Regis Boſonis
filij. ſic enim legendũ apud Iohan-
nem Marium: id quod Pontacum
fefellit. Nec verò ſentit bonus Pon-
tacus in quas ſalebras ſe coniiciat,
dum vnius concilij fidem ex inſcri- 4
ptionis errore convellere conatur.

ſus illum turbantibus. Eo autem tunc ibi occupato, alios Franciæ proceres malè in illum affectos, autoribus Falcone Remenſi Archiepiſcopo & Comitibus Pipino ac Heriberto fratribus, (Bernardi illius Pipini olim Italiæ Regis filij nepotibus) Carolum ætatis annũ duodecimum agentem Regio ſolio Remis collocaſſe: ex quo Neuſtrię maior pars cũ Belgica ei adhæſiſſe, Aquitania verò & Bugundia in fide Odonis viſæ ſunt adhuc permanſiſſe.

ODO ex Aquitania reverſus, hoſtes ſuos ſignis collatis fudit, fugauitque. Carolum autem ad Arnulfum Imper. ſe recipere cõpulit, redeũtémq; cum Germanicis copiis, è finibus Regni abegit. Sed cùm i-
893 pſe ſe Lutetiam recepiſſet, Carolum 4
Burgundi admiſerunt, à quibus recentibus copiis adiutus, plurimum negotij adhuc Odoni intulit. inde excurſiones, prædæ, cædes, ſtrages plurimæ vtrinq; factæ. Regino.

MEGINGANDVS Comes Odonis Regis nepos ab Almerico Comite cæſus. Eodem verò etiam tempore, Ebulo S. Germani Abbas, in obſidione cuiuſdam oppidi Aquitanici, Reginone teſte, obiit. Ideo
Abbatiam illius Odo Rex Roberto fratri ſuo contulit. 5
Nihilominus hic Ebulo fuiſſe videtur, quem Annales Aquitanici tertium Aquitaniæ Ducẽ fuiſſe aſſerunt, licet Guillielmi Pij ſucceſſorem fuiſſe velint.

894

ARNVLFVS re proſperè in Italia geſta, copias ſuas in Rodulfum Iurenſis Burgundiæ Regem reduxit.
6 Illo autem ſe difficultate locorum tutante, nihil aliud conſequu- 6
tus eſt, quàm quòd in Germaniam regreſſus, quædam oppida & loca quæ Rodulſus in ſua iam poteſtate habebat, Ludouico Boſonis filio conceſsit occupanda. Quod tamen non plus danti quàm acceptanti profuit, Rodulfo ſua ſibi eripi non patiente. Regino.

ZVENDIBOLCHVS Lotharingorũ Rex, Regni ſui propagãdi cupidus, Burgundiã ſimulato partiũ Caroli ſtudio invaſit, Lugdunúmq;
895 acriter oppugnauit. Sed oppidanis 7
ſtrenuè ſeſe defendentibus Odone aũt (qui paulò antè amicitiam cum Arnulfo Imp. inierat) adventante, obſidione receſsit. Regino.

RODVLPHVS huc vſq; Regia ſolummodo (vt Paradino viſum eſt) appellatione vſus, à Regni ſui Præſulibus hoc anno Regio diade-
mate coronatus eſt. 7

ALBERICVS Comes qui Megingandum antea peremerat, à Stephano Valonis fratre occiditur. Reg.

896 8

HVNDEVS quidã Normannorũ Rex, quẽ Auẽtinus Hunthonẽ mavult appellare, putátq; etiã alio no-
mine Rollonem fuiſſe nũcupatum, 8
myſteriis religionis Chriſtianę initiatus eſt, Carolo Rege de ſacro fonte eum excipiẽte. Sigebertus.

HERIBERTO Peronæ Comiti Odonis Regis partes iam propugnanti, Peronam Fanúmq; Quintini Rodulfus Cameracẽſis Comes, Balduini Flandriæ Comitis filius
897 eripuit. Heriberto verò cum copiis 9 9
Odonis Regis in auxiliũ accurrente, non ſolùm quę occupauerat, ſed vitam ipſam prælio cum illo congreſſus amiſit. Iacob. Meierus.

ODONE Rege, ſine liberis 3. nonas Ianuarij huius anni mortuo, tota res Frãcica ipſiuſmet Odonis po 10 ſtrema voluntate & aliorum Procerum (maximè verò Roberti Pariſiorũ Comitis, vt Vuittikindus & Abbas Vrſper. teſtes ſunt) conſenſu, ad Carolũ Simplicem vndeuiceſimum annum iam agentem rediit, à quo etiam tempore Regni ilius anni ſecundum Reginonem, Otthonem Friſing. & Abbat. Vrſperg. enumerari debere videntur. Cæterùm cùm eo modo Carolus Regnum paternũ quaſi precario recuperaſſet, nec illi ſatis virium induſtriæ've eſſet (inde enim Simplicis cognomen adeptus eſt) ad Regiæ dignitatis iura amplitudinémque priſtinam aſſerendam, contigit vt eo vel inuito, vel conſentiente ſeu conniuente, quas quiſque dignitates, Præfecturas & Comitatus ditionéſve, quæ antea Regij dominij fuerant, ſiue priorum Regum indulgentia obtinuerat, ſeu vi ſuperiorum temporum occupauerat, non ſolùm retinere, ſed tanquam proprium priuatúmque dominium poſsidere, & ad poſteros etiam tranſmittere cœperit: ea tantùm lege, quòd quo quiſque munere vel beneficio donabatur vel iam fruebatur, eo Regi fidem ſuam iu reiurando, iiſq; conditionibus quæ feudali iure comprehenduntur, devinciebat & alligabat. Hinc feudorum tam Regalium & primariorum, quàm ſecundariorum ſiue maiorum minorũmque in Regno Francico præterquã Comitatus Flandrici ius originémque, ab iſtius Caroli temporibus repetendam eſſe, omnes ferè conſentiunt, id quod etiam pluribus teſtimoniis, tum ex Annalibus Remenſibus, tum ex aliis antiquioribus Autoribus com
898 probare liceret. Sicvt etiam Germani ſua feuda Chonrado primo ſuo Regi, qui eodem ſeculo cum Simplice vixit, ſe debere fatentur. Conſtat enim primas illum in Germania de feudis perpetuis leges condidiſſe. Hac igitur rãtione Ducum Comitúmque & Marchionum aliarúmve præfecturarũ dignitas poteſtáſve, quæ olim temporaria fuerat & morte finiebatur, iuris priuati, perpetui, & hæreditarij eſſe cœpit. Id autem inſuper indultum iis, qui primarias illas Præfecturas ſeu primores poſſeſsionum dignitates obtinuerunt, vt quodam iure Patriciali eas tenerent: eodémque ad poſteros familiámque ſuam trãnſmitterent. Idcirco Primates vel Proceres aut Principes nomine vſitatiori ab iſtius ſeculi ſcriptoribus nuncupati, quos recentiora ſecula nouo, & à recentioribus Iuris interpretibus ad feudorum fortè diſtin ctionem 10

ctionem

ctionem excogitato vocabulo, Pares nominare maluerunt. Nec enim alia iura dignitatiſve prærogatiuam & inſtitutionem, eorum qui poſt Hugonis Capeti tempora Pares Franciæ (præſertim militares) dicti ſunt, fuiſſe omninò mihi perſuaſerim, quàm aliorum, qui à tempore Regis Simplicis ad ipſum Capetum Principes vel Proceres Franciæ vocitati ſunt. Hi enim ſicut & illi pari iure vtentes, æqualem autoritatem inter ſe habebant, Regi tantummodo fidem ſuam obſtringebant, ipſum vnum ſolummodo agnoſcebant, Regni autem quaſi cardines & Conſilij Regij vertices erant, primáq; munia in Regum coronationibus agebant. Ideo cùm ſic inter ſe quaſi pares ſodaléſve exiſterent, Parium nominatio non minùs prioribus quàm poſterioribus conveniſſe videtur: præſertim cùm paritas non ad Regiam ſed ad communem ipſorum dignitatem atque autoritatem referretur, ab eodem feudo dominióve Pares militares ſuam dignitatem à quo etiam Principes ſortirentur: hoc tantùm diſcrimine, quòd Parium militarium numerus non reſpondebat omnino prioribus Principibus, qui ſub Carolo Simplice & Ludouico Transmarino, atque Lothario Regibus, ſeptem numerati fuiſſe videntur, & à provincia cui præerant vel Duces, vel Comites, aut Marchiones nominati. Quo modo Balduinus, deinde Arnulfus eius filius à Flandria titulum Comitum geſſerunt, quem etiam Heribertus non ſolùm à Veromanduo Comitatu, ſed ab aliis etiã longè amplioribus ditionibus, quas ſine alicuius certæ provinciæ deſignatione poſsidebat, obtinuit. Sed à Gothia (Aegidienſis poſtea provincia dicta) Ragemundus (cuius ſucceſſores mihi adhuc ignoti ſunt) Marchionis hæreditarij nomẽ primus aſſequutus eſſe videtur: à Burgundia verò, Richardum & eius filios, Rodulfum atq; Hugonem Nigrum: ab Aquitania autem duos Vuillelmos: à Neuſtria vel Normannia Rollonem, Villelmum, Richardum: vt à Ducatu Francico vel Parisienſi, Robertum & Hugonem Magnum, deinde ipſum Hugonem Capetum Ducum appellatione inſignitos fuiſſe cõſtat. Inter quos Parisienſes priorem dignitatis & potentiæ gradum habuiſſe deprehenſi ſunt, ob principatus dominiiq; ſui amplitudinem præſtantiámq;, cuius fines Sequana & Ligeri fluminibus, necnõ etiam Normannico limite, & parte eius provinciæ quã hodie Picardiã nominamus, quandoq; viſi ſunt cõprehendi. Sed cùm Capetus Regiam dignitatẽ aſſecutus eſſet, Ducatũ ſuũ Regio dominio (à quo diſtractus olim fuerat) reddidit reſtituitq;. Ex quo deinceps Potentatum efficere amplius deſiit, ſex tantùm Franciæ Primatibus ipſius æqualibus remanentibus, quibus ſuum principatũ eodem quo antea iure retinere permiſit, ratúmq; habere coactus eſt, id quod Connano nõnullisq; aliis impoſuiſſe videtur, vt crederent Hugonem Capetũ, ad cõciliãdos retinendóſq; ſibi Procerũ animos, has quæ temporariæ erant dignitates feciſſe perpetuas, conſtituiſſétq; vt qui eas obtinebãt, patrimonij iure retinerẽt atq; ad poſteros liberóſq; ſuos cum reliqua hæreditate transferrẽt. Quod ſi tamen illi in mentem veniſſet Ducatum Francicum alicui filiorum ſuorum, eadem qua illum obtinuerat conditione, cõmittere: fortaſſe etiam pro Sexviratu Septemviratum haberemus. Ex quibus nihil amplius noui præter

Parium nominationem Aquitaniæ, Flandriæ, Normaniæq; principibus deinceps indultum, conceſſúmq; fuiſſe intelligitur; quo nō antea ſub Carolo Simplice eiúſq; filiis fruerētur, nec etiā poſt Capetū, alios fuiſſe Franciæ Pares, quàm q antea principes fuerāt. Eadēq; ratiōe Britāniæ minoris Duces locum inter Pares Franciæ nunquam obtinuiſſe, propterea quòd Britannia ſub Regibus commemoratis Normanico Ducatui (vt quidā putant) attributa, vel quòd (vt verius eſſe videtur) Regum poteſtate tunc temporis in anguſtum cōſtituta, tanquā remotior nullo illis loco habita fuerit, cùm interim bellis inteſtinis ciuilibúſq; & Normannicis dilacerata, certos diuturnóſq; Principes (quia aut expellebātur, aut ſe mutuo eiiciebant) habere nō poſſet. Et quos habere deinceps cœpit cùm libertatem ſibi ſuæq; genti abſq; aliena ope recuperaſſent, Regum Francorū beneficiarios ſe profiteri nunquam voluerunt, priuſquam Petrus ex regia Druidum Comitum familia natus, Maledocti cognomen apud Britannos ſibi comparaſſet. Interim tamen nec Campanos nec Toloſanos Comites, noſtræ ſententiæ iure opponi poſſe arbitramur: ſiquidem Campanos inter Principes, deinde inter Pares locum eū ſibi vendicaſſe putamus, quem Heribertus Comes (ad quem maternum genus referebant) ſub Regibus Simplice & Tranſmarino obtinuerat; qui præter Comitatum Veromanduum, alias etiam longè ampliores ditiones alibi poſsidebat, ex quibus & Comitatum Campaniæ & Briæ magna ex parte poſtea emerſiſſe compertum habemus. Heriberti nempe Principatus poſt ipſius obitum in multos hæredes diſtractus, ſub Regibus Tranſmarino & Lotario iam conciderat, & in Theobaldum (quē nonnulli Vetulum, alij Veteratorem cognominarunt) atq; etiam in Odonem eius filium cognomine Campanum, ex Heriberti filia natum, penè tranſlatus fuerat, magnúmq; etiam potentiæ incrementum ex Lotharij Regis beneuolētia in illis ſumſerat. Acceſsit deinde, quòd Heriberti filij ferè omnes abſque liberis tandem deceſſerunt: ex quo & Comitatum Trecenſem, & reliquas ferè ditiones quas Heribertus & Robertus fratres, Heriberti ſcilicet filij ex paterna ſucceſsione, in Campania tenuerant, Odo ſecundus, Odonis Campani filius, vel hæreditario, vel quod illi viſum eſt iure ſibi poſtremò attribuit. Haud abſimili ratione Primatus, quem Marchiones Gothiæ ante Capetum cum aliis Franciæ proceribus geſſerunt, ad Toloſanos Comites trāſiiſſe videri poteſt: ſive quòd Toloſanus Comitatus pars Marchionatus aliquando extiterit, ſive quòd (vt cum P. Aemilio loquar) Comites antiqui Toloſatium commixti fuerint cōſanguinitate Comitibus Emporitanis, aut iidem nonnunquam fuerint Comites Toloſatium & Emporitanorum: ac (vt multiplici ſobole, multiſque vna ex gente nobilitatéque familiis aſſolet) in complures Dominatus Imperiáq; illæ regiones diuiſæ, non ſolùm S. Aegidij Comites atq; Toloſanos, verùm etiam Montiſpeſſulanos Dominos, nec non etiam Biterrenſes Vicecomites & quoſdam alios produxerint. Quibus cùm Aegidienſes ab initio ſupereminerent, effeciſſe tandem videntur, vt Gothiæ nomen in Aegidienſem prouinciam (Abbate mon-

montis teſte)commutaretur. Conſtat enim belli Hieroſolymitani temporibus,duos fratres Comitatui Aegidienſi atq; Toloſano præfuiſſe:eorúmq; alterum fratri ſuo Toloſanum vel oppigneraſſe vel vēdidiſſe, nempe Raymūdo ſeu Ragemundo, qui egregiam operam bello ſacro cum Godofredo Bulionio præſtitit; ſic vt ab eo tempore vterq; Comitatus in vnum principatum rurſus coaluerit. Qua ratione Ragemundus ille in veteribus hiſtoriis non minùs Toloſani, quàm Aegidienſis Comitis nomine notus eſt. Id autem indicium eſt, illum eiúſque fratrem à Marchionibus Gothiæ genus ſuum deduxiſſe, maximè verò ab illo Ragemundo, à quo Marchionatum hæreditarium factum fuiſſe putamus; ſtemmatis illorum, vt veriſimile eſt,autore: cuius ideo memoria in tanto precio apud Aegidienſes & Toloſanos Principes extitiſſe viſa eſt, vt omnes ferè Ragemundi ſive Raymundi nomine vocitari voluerint. Quorum exemplum Aquitaniæ Duces imitati, Guillielmorum appellationem ſibi ferè gentilitiam & hæreditariam effecerunt,quòd eam ab illo accepiſſent, à quo ius in Aquitanico Ducatu hæreditarium ad illòs pervenerat. Ex his porrò conſtare poteſt, cur Patritialis ſive Parium dignitas Campanis & Toloſanis Comitibus, potiùs quàm aliis attributa fuerit. Quo autem Rege quóve tempore Parium nuncupatio audiri cœperit,& Eccleſiaſticis quibuſdam Præſulibus impertita fuerit,planè mihi adhuc incompertum eſſe confiteor. Quiſquis tamen eius facti autor extiterit; vel aulam Regiam anguſtiorem reddere,vel in Religionis gratiam Eccleſiaſticæ dignitati imprimis conſulere voluiſſe, ideóq; ex Epiſcoporum ordine quoſdam, qui illi fortè tunc acceptiores erant, ad numerum Principum militarium, eodem quo illi beneficio, eadémque prærogatiua, compotes effeciſſe, & ex iis totidem Duces quot Comites conſtituiſſe videtur. Neſcio verò an etiam æmulationis aliquid in Germanicorum electorum inſtitutione, & Parium Francicorum ad Duodecimviratum reductione fuerit. Qui enim veriores hiſtorias attentiùs penitiúſque perluſtrarit,non admodum diſtanti tempore vtrorumque nomen celebrari cœptum intelliget. Ideo minùs aberrare videntur, qui Ludouico iuniori Ludouici Craſsi filio,& Philippi Auguſti patri,Parium Eccleſiaſticorum, ad exēplum militarium,inſtitutionē potiùs,quàm Philippo Pulchro attribuerūt: eúmq; & ius Regis coronandi ſacriſq; Regiis initiandi Remenſi Pontifici addixiſſe leges, & coronationis ritus deſcripſiſſe: vnicuique autem Pari ſuum locum gradúmq; & munus in Regum coronationibus definiuiſſe; nec non etiam Parium appellationem illis indidiſſe contendunt. Illud interim obſeruatione dignum eſt, ex Galliæ Præſulibus eos tantùm in Parium ordinem cooptatos fuiſſe, quorum Epiſcopatus in illis regionibus ſedem habebant, in quibus ſolummodo Regibus, Carolo Simplici & eius filiis, ea quæ Regiæ ſedis oppida nuncupabantur relicta erant, vt iis tanquam dominio domicilióq; Regio vterentur. Ideo cuſtodes præfectóſque ſuos ſive Comites,more antiquo,iis adhuc dediſſe referuntur,nec alibi ferè domicilia ſua vel habuiſſe, vel feciſſe viſi ſunt, adeo vt ipſa Pariſiorum Lutetia,

Anni Chriſt.	Anni Ducum Burgund.			Anni Regum Burgund.
	Regia ſedes illis nunquam fuerit, cùm tamẽ Laudunum, Compendium & Nouiodunum, ſub iis inter regalis ſedis oppida nominatim exprimerẽtur, nec indicia deſint, quibus & Lingonenſem ciuitatem & Catalonum atque Bellouacum eiuſdem conditionis fuiſſe ſit ſuſpicandum. Conſtat enim Ludouicum Tranſmarinum, poſt obitum Rodulfi Regis, Lingones in ſuam poteſtatem redegiſſe, eóſque in fide patrocinióque Regum, cùm etiam Capeti ſoboles in Regio ſolio ſederet, permanſiſſe. Siquidem Lotharius anno 930. Robertus verò ipſius Capeti filius an. 1030. Præſules illis ſuæ autoritatis magis quàm electionis iure impoſuerit: quod tamen in aliquo vel Burgundiæ, vel Aquitaniæ, aut aliarum prouinciarum, quæ Principum alicuius ditioni ſubditæ erant, Epiſcopatu non licuiſſet. Catalanum autem alicuius procerum dominio adhuc anno 963. addictum non fuiſſe, Annales Remenſes oſtendunt. Quo etiam tempore Archiepiſcoporum Remenſium conditio, ſupra alios Franciæ Præſules longè ſeſe iam adeo efferebat, vt cæteris Franciæ proceribus, nec autoritate nec potentia multò inferiores eſſe viderentur, vt qui iam Comitatu Remenſi, & iure cudendæ monetæ, Ludouici Tranſmarini beneficentia fruerentur; non pauca verò nec ignobilia oppida cum latis ampliſque finibus illis attributa eſſent.			
899	ARNVLFO Imperatore 3. cal. Decemb. mortuo, Ludouicus filius eius Imperium Germanicum adipiſcitur. CAROLVS aũt Galliæ Rex diſsidentibus Lotharingię principibus, cum Rege ſuo Zuendebaldo exercitũ in Lotharingiã duxerat, & re ibi proſperè geſta reduxerat. Regino.	11	LAMBERTO Viudonis filio Italiæ Rege morte ſublato, Ludouicũ Boſonis Prouinciæ Regis filiũ, Italici proceres in Italiã euocatum Ticini Italiæ Regem ſalutarunt: vario tamen euentu rem ibi geſsit, in quo Luitprandum & Sigebertum à Reginone Mariano Scoto & Onufrio nonnihil diſsidentes obſeruabis.	10
900	HERIBERTVS Veromanduorũ Comes, recuperata auxilio Caroli Regis Perona & Atrebatenſi vrbe ex Balduino Flandriæ Comite, ab Alduino ipſius Balduini ſatellite,	12		11
901	paulo poſt interemtus eſt, relicto eiuſdem nominis Heriberto filio, ad quem ſucceſsio eius peruenit. Regino. Iac. Meierus.	13	EXACTO Italia Berẽgario, Ludouicus Prouinciæ Rex Romæ à Benedicto 4. Põtifice Romano Imperator inuictus coronatur. Onufr.	12
902	FVLCO Remorum Archiepiſcopus dũ diui Vedaſti apud Atrebates cœnobiũ Flandrię Comiti paulò antè ereptũ, ſed à Carolo Rege	14		13
903	ſibi donatum, retinere contendit, à Viuencaro quodam Flandri familiariſsimo peremtus eſt. Regino.	15		14

Ludo-

Anni Christi.		Anni Ducum Burgund.		Anni Regum Burgund.
904		16	LVDOVICVS Veronæ a Berengario circumventus cùm abdicaſſet, oculis ſimul & Regno priuatus eſt, menſe Auguſto, anno ſui Regni	15
	in Italia 5. id quod cum Reginone, Mariano, Scoto, & Othone Friſing. hoc anno potius quàm 915. (vt Sigebertus fecit) ſtatuẽdum cenſemus. An prolem autem reliquerit, nullo adhuc probato autore, qui mihi occurrerit, teſtatũ habeo, niſi filiũ eius fuiſſe intelligamus, quẽ Annales Remenſes Carlũ Cõſtantinũ Ludouici Orbi filium vocãt, qui Ludouico Tranſmarino Rege Viennæ principatum obtinuit. A quo ideo illuſtriſsimam nobiliſsimámq; Dominorum de Vienna in Burgundia familiam ortam ſuſpicari auſim, quę aquilam in inſigniis gerit, quòd ab Imperatoribus genus ſuum fortè deducat. Ex ſuperioribus autem conſtare non poſſe intelligimus, quod à Paradino ſcriptum eſt, Rodulfum illum quem in Burgundia regnaſſe oſtendit an. 1009. Ludouici illius Orbi filium fuiſſe: quanquam fieri poteſt vt Lotharius (ſi aliquis fuerit Lotharij antea Lotharingiæ Regis filius) vel Hugo (quem ipſius filium fuiſſe Cuſpinianus & Onufrius arbitrati ſunt) qui regno Italiæ poſtea præfuit, Ludouico Boſonis filio mortuo, ſe in Comitatus Arelatenſis atq; etiam Viennenſis poſſeſsionem ſtatim immiſerit.			
905		17		16
906	NORMANNORVM nouę copię, Rhollone & Gerlone Ducibus, in Neuſtriam appulerunt, & Rotomagum aliquandiu obſeſſam deditione ceperunt, & inde alus Franciæ	18		17
907	prouinciis infeſti eſſe cœperunt. Chron. Normanicum.	19	ALANVS cognomine Magnus Britanniæ minoris Comes, obiiſſe hoc anno in Annal. Franciæ habetur, duobus ſuperſtitibus liberis Indicaële & Colledoco, qui tandẽ	18
908		20	ſine prole deceſſerunt: ſed ex ſorore illorum natus fuiſſe dicitur Alanus cognomine Barbatorta, qui rem Britannicam poſt illos geſsit.	19
909	ANNO Regni Caroli Regis 12. Normanni Rollone Duce Luteriã oppugnare auſi ſunt. Chron. Norman.	21		20
910	HOC anno Vuillermus cognomine Pius Aquitaniæ Dux, & Aruerniæ Comes, ſpe prolis deſtitutus, cœnobium Cluniacenſe in fun-	22	NORMANNI Burgundiam inuadentes, prælio cũ Richardo Burgundiæ Duce commiſſo, ad Argentoilum in agro Tronodorenſi ingenti	21

do

Anni Chriſti.	Anni Ducum Burgund.	Anni Regum Burgund.

do proprio qui illi erat in agro Maſticenſi, ſuis impenſis condidit, illúdq; magnis redditibus dotatum, Bernonis (qui primus Abbatis munus illic exercuiſſe fertur per annos 10.) curæ commiſit. Ex veteribus quibuſdam fide dignis monumentis, & Gerardo de Aruernia. In Chr. Cluniacenſi.

genti ſtrage fuſi ſunt. Aimonius. Chron. Benignia.

Lvdovico Imperatore abſq; liberis obeunte, Imperij nomen à ſtirpe Caroli Magni in Germania ad aliam nouam nobilitatem delatum eſt. Chonrardus enim Franconiæ Dux, autore Othone Saxoniæ Duce, ad quem illud deferebatur,
911 Auguſtus deſignatus & ſalutatus eſt.

Qvo tempore Normanni Carnotenſem vrbem obſidentes, magnam iterum ſtragem à Roberto Francorum & Richardo Burgundiæ Ducibus, 14. cal. Septemb. nouem ſuorum millibus amiſsis, paſſi ſunt, idq; annis circitèr 10. ante ipſius Richardi obitum. Aimonius. Chron. Benig.

Anno noſtræ ſalutis 911. Indictione 15. numeratum fuiſſe annum 22. Rodulfi Iurenſis vel Ciſalpinæ Galliæ Regis, teſtatur Monachus Luxouienſis, qui addidit ad Idatij Chronicon. Quo ſanè ipſius Rodulfi poſtremum fuiſſe non imme-
23 ritò innuere videtur: cùm in duo- 22
bus aliis vetuſtiſsimis manu ſcriptis Chronicis, iiſdem omnino verbis ſub annum 911. ſcriptum deprehenderim eundem Rodulfum VIII. cal. Nouemb. diem obiiſſe, eiq; in Regno filium eiuſdem nominis ſucceſsiſſe. Quo teſtimonio planè conſtat duos Rodulfos in Regno Burgundico Chonrardum præceſsiſſe, licet alij vnius tãtùm meminerint.

Nevstria Rholloni eiuſque genti hoc anno ad incolendũ data, ex quo Normania deinde dici cœpit. Chron. Norman. & Annales Fr. Mirum tamen nec ab Aimonio
912 nec à Sigeberto aut aliis vetuſtioribus autoribus eius rei mentionẽ fieri, etſi Annales Remenſes illam regionem Vuillelmi patri à Carolo Rege datam, ſed abſque temporis deſignatione, fateantur.

Sed ex Luitprando certum eſt Rodulfum, qui Italicum Regnum tenuit, iuniorem tunc fuiſſe, quàm po tuiſſet eſſe is qui Regno Iurenſi de dit initium. Id quod etiam Lazium
24 agnouiſſe video, ſed non ſine erro- 1
re vtrunq; apud Senones in Gallia obiiſſe ſcribit. Nihilominus ex eius teſtimonio intelligimus, Rodulfum ex Adelaide quadã Rodulfum ſecundum reliquiſſe (cui Berta Bertholdi Sueuiæ Ducis filia nupſit) & Agnetem quæ Bertoldo Briſgouiæ Comiti collocata fuit. Cæterùm à Rodulfo iſto Lanceam illam qua Chriſti latus confixum fuiſſe putabatur

Anni Christi.		Anni ducum Burgund.		Anni Regum Burgun.
913		25	baiur, Henrico Germanico Cæſari dono datam fuiſſe: inde verò portionem quandam Sueuici Ducatus ſibi conterminam accepiſſe, Luitprandus autor eſt.	2
914	GERMANIA tota bello inteſtino ardente, Carolus Rex Lotharingiam cum exercitu invadit, cámq; Ragneri ſiue Ragnieri Ducis, & Giſleberti filij eius ope recuperat. Richard. Vuaſſe.	26		3
915		27		4
916		28		5
917		29	RAGNERVS ſeu Ragenherus Moſellaniæ Dux & Lotharingiæ pro Carolo Rege præfectus, obiit: cuius filij Giſlebertus Dux & Ricinnus.	6
918				7
919	ALANO & Berengario Britanniæ minoris Comitibus adeò diſpliciuiſſe tradunt hiſtoriæ Normannicæ, quòd Vuillelmus Normannorum Princeps Sportæ Bernardi (nō autem vt mendoſi quidam codices habent Herberti) Siluanectēſis Comitis filiæ nupſiſſet, vt ab eo palàm defecerint. Ex quo ipſe ducto in Britanniam exercitu vtrumq; profligauit, ditionibúſq; propriis exegit, adeò vt Alanum in Angliam confugere oportuerit. Sed Berēgario ſeſe ſuæ fidei committenti veniam impertiuit: id quod hoc anno ex Annalibus Britānicis & Remenſibus contigiſſe videri poteſt, licet Remenſes (qui penes me ſunt) tantùm maritimam Britanniam à Normanis devaſtatam depopulatámq; fuiſſe, & ex ea Britones expulſos hoc anno	30	CONRARDVS Imperator cùm ſupremum diem ſibi adeſſe ſentiret, convocatis Germanis proceribus, eis autor fuit, vt Henricum Othonis Saxonum Ducis, cuius beneficio ipſe ad Imperium pervenerat, filium Auguſtum crearent. QVO tempore bellum inter Rodulfum Burgundiæ Regem & Burcardum Sueuiæ ſiue Alemaniæ Ducem exortum eſt, adeo vt ſignis collatis acie inter ſe dimicarint ad Vuintterturum Sueuiæ (vt Simlero placet) oppidū, ibiq; victoria Sueuo Duci ceſſerit, Hermanno Contracto autore. Quapropter non abſq; errore Lazius anno 1009. & Rodulfo Ignauo aſcribit. Ad iſtud verò diſsidium componendū, Bertam Sueui filiā Burgundo nuptum datam fuiſſe crediderim.	8

L

anno ſcribant. A quo etiam narrandi initium faciunt: rerum enim per 48. annorum tantummodo ſpatium geſtarum, in Galliis potiſsimùm & in Epiſcopatu Remenſi, memoriam (quæ in omnibus qui extant Hiſtoricis magna ex parte interciderat) complectuntur. In quibus recenſendis ideo prolixior futurus ſum, fidémque meam faciliùs oppigneraturus, cùm illarum autor qui Canonicus Remenſis Eccleſiæ fuit, rebus quas enarrat magna ex parte interfuerit.

31 CAROLVS Rex vni Conſiliariorum ſuorum (cui Haganonis nomen fuit) tam pertinaciter addictus erat, vt illum cæteris omnibus anteferre, & pre illo omnes alios ſuos Proceres contemnui habere videretur. Quapropter alienatis à ſe eorum animis, ab omnibus ita derelictus eſt, vt nullibi per ſeptem menſes locus refugij illi fuerit, quàm in oppidis Epiſcopatus Remenſis, donec Herineo Remenſi Præſule ſeſe interponente, à ſuis Proceribus iterum receptus eſt. quanquam nec odij ſeminaria, quæ inde inter ipſum & Robertum Francorum Comitem emanarunt, penitùs extincta ſunt. Interim etiam ex Epiſcopatu Tungrenſi, ſiue Leodicenſi, orta Lotharingorũ, Giſelberto Duce Rageneri filio autore, à Carolo Rege de-
920 fectio: cùm Carolus illum Richario cuidam Abbati, Giſelbertus verò Hil- 9
dinno committere contenderet, adeo vt cùm Henricus Germaniæ Rex ſe ad Lotharingorum defenſionem accingeret, Carolo cum copiis ſuis in Lotharingiam proficiſcendum fuerit, vbi Lotharingos quibuſdam promiſsis (vt ex autore quodam Gallico Abbas Vrſperg. recitat) ad officium reuocauit, & eorum ope Giſlebertum in Harburgenſi ad Moſam oppido obſidere cœpit. Is verò clàm elapſus ad Henricum regem ſe contulit, cuius interventu tandem receptus eſt à Carolo rege in gratiam, ſed non omnia quæ antè poſſederat oppida ei reddita. Reliqua ex Annalibus Remenſ. Vuitikindo. Saxone. & Sigeberto.

CAROLVS in Lotharingiã reverſus, oppida quædam ex Hildinno qui illi adverſabatur vi recepit, ſed pactis paulò pòſt cum Henrico Cæſare paucorum menſium induciis, deinde pace inita qua Gisleberto ſua (vt antè dictum) quędam oppida reſtituit, Laudunum rediit.

QVO ferè tempore Richardus Burgundiæ primus Dux ſiue Marchio, cal. Septembris extremũ diem clauſit. Laudatur in Commentariis cœnobij D. Benigni, quòd Regi Caro-

32 ROBERTVS Frãcorum Comes Normannos qui ad confinia Ligeris conſidebant, menſibus circitèr quinque bello perſecutus eſt, donec acceptis ab eis obſidibus vt in Britannico & Nannetenſi agro, quem antea depopulati erant, ſedes ſibi delectum irent, permiſit. Id quod tamen ij ſolummodo qui Religionem Chriſtianam iam amplexi erant admiſerunt. Indicium autem eſt, eam Britãnię partem vel Rhollonis non datam fuiſſe, vel in filij eius

Carolo fidem integrã perpetuamq; ſeruauerit, adeo vt eo viuente Robertus Frãcorum Comes nihil adverſus Regem moliri vnquam auſus ſit. Tanto autem ſtudio iuſtitiæ patrocinium egiſſe etiam fertur, vt illi inde cognomentum contigerit. Cæterùm ex Adelya ſive Adelaiude coniuge (non autem, vt magno errore Lazius credidit, Mechilde Lotharij Italiæ Regis filia) quatuor ad minus liberos reli-
921 quiſſe, Annales Remenſes, & Chron. Benignianum oſtendunt: Rodulfum 10
maiorem natu Emmæ Roberti Francorum Comitis filiæ virum (quem lauacro ſacro admotum à Carolo Rege fuiſſe alij tradiderunt) ex quo Burgundiæ Ducatui poſt patrem præfuit: idq; annis circitèr 16. Eum autem nõ ſolùm noſtri, ſed nonnulli etiam exteri Hiſtorici admodum inſcitè cum Rodulfo Tranſiurenſi confuderunt. Eius verò fratres fuerunt Boſo, Hugo (cui Nigri atque etiam Capitoſi cognomen fuit) & Richardus. Quorum Boſo Principatum in Burgundia ſuperiore circa Vogeſum, regionibuſque Campaniæ & Lotharingiæ conterminis obtinuiſſe viſus eſt: vnde illi lites, diſsidia, bellaq; plurima cum Henrico Cæſare, Giſleberto Lotharingiæ Duce & Epiſcopo Virdunenſi fuerunt, quorũ meminit Vuaſſemburgius in ſua Belgica: vbi etiam teſtatur illum filiæ Ludouici Imperatoris maritũ fuiſſe, niſi fortè Boſo Arelatenſis illum deceperit. Ob eam tamen fortaſsis rationem, Galliç ſuperioris & Comatę Rex, in Chronico Diuionenſi nominari videtur. Quanquam aſſequi nequeam, cur Hugo frater eius Burgundię inferioris Dux illic etiam nuncupetur: licet Arelatenſem Ducem fuiſſe Paradinus arbitretur. Sed D. Begatij ſententiæ lubentius accedo, qui à fratre Rodulfo, quo tempore Regnum Gallicum adeptus eſt, Burgundiæ præfectum fuiſſe tradit: ſiquidem Burgundiæ inferioris Duces ſe nuncupaſſe quòd primi Burgundiæ Ducatui præfuerũt inveniuntur. De Richardo verò nihil aliud me legiſſe memini, quàm quòd Lazius Burgundiæ ſuperioris Comitem fuiſſe ſcriptum reliquit.

ius poteſtatem non adhuc deveniſſe. Annal. Remenſ.

DVM Giſlebertus Lotharingiæ Dux & Otho frater eius, res ſibi antè à Carolo Rege ablatas & aliis do-
922 natas per vim recuperare cõtendit, 1
& Henricum Cæſarem ab ipſo Carolo fruſtra diſſociare ſtudet, effecit vt ille ducto in Lotharingiam exercitu, ditiones illorum tota hyeme ferro & igne depopulatus ſit. Inde autem Laudunum reverſus cum Roberto Francorũ Comite, rurſus diſsidere cœpit propter Abbatiam quandam nomine Golam, quam inuito Roberto Haganoni ſuo dederat, cum Hugoni Roberti filio deberi potiùs videretur, eò quòd Rothildis ſocrus eius, quæ & amita Caroli fuerat, illã poſſediſſet: ex quo odia vtrinq; adeò recruduerunt, vt in apertum bellum eruperint. In quo Herineus Remorũ Præſul, & Rodulfus Burgundiæ Dux cum

ITALIAE proceres Berengarij tyrannidẽ pertæſi, Rodulfum Iurenſis Burgundiæ ſive Ciſalpinæ Galliæ Regem ad ſe evocatum Regno 11
Italico præfecerunt. Qua de cauſa Berengarius Hungarorum quædã agmina ad Italiæ direptionem excitauit. Annal. Remen.

multis aliis Franciæ Comitibus Roberti partes ſecuti ſunt. Giſlebertus autem ad illum accedẽs, ſocietatem etiam cum illo iniiſſe viſus eſt: nec deſunt qui eo autore Robertum ad Regiã dignitatem aſpirare cœpiſſe tradiderint. Conſtat ideò copias ſuas illum eduxiſſe in hoſtem: Carolum verò (quanquam ei ab initio Heribertus Comes & non contemnendæ ex Lotharienſibus copię adeſſent, quæ animos ad ſpem certaminis & caſtra prope hoſtem admouere feciſſent, tum circa Spainacum, tum circa Remos) iuſto tamen prælio rem committere nunquam voluiſſe. Sed cùm leuioribus tãtùm quibuſdã præliis hoſtes laceſsiſſet & laceſsitus fuiſſet, in quibus Hugo cognomine Niger Rodulfi Ducis frater Haganonis cohortem ſtrenuè profligauit, Lauduni tandem à ſe defectione audita, militibúſque ſuis ſenſim dilabentibus, hoſtium autem agmine augeſcente, in Lotharingiam ſeſe recipere coactum fuiſſe. Qua de cauſa Robertus ex Francorum Comite ſive Duce, Procerum Præſulúmq; ſibi ſtudentium aſſenſu Rex ſalutatus eſt, & regio ſolio impoſitus, Remis deinde tertio cal. Iulias ab Hermeo Pontifice more conſueto coronatus. Vnde Hugonem filium (qui Magni atque Albi cognomine poſtea celebratus fuit) cum Francorum agmine in Lotharingiam ad ſuppetias Giſleberto Duci ferendas, quem Carolus in Capræmonte caſtello obſidebat, miſit, qui non ſolùm obſidione illum liberauit, ſed etiam obſides à quibuſdam Lotharienſibus, antequam regrederetur, accepit. Annal. Remenſ. Abb Vrſperg.

ROBERTVS Lotharingiã profectus, colloquium ad Ruram fluuium cum Henrico Cæſare habuit, & amicitiam ſocietatémque cum illo inſtituit. Antequam autem recederet, Lotharienſibus qui Carolo ſtudebant, in quoſdam menſes indulſit inducias. Quibus tamen paulò pòſt ſpretis, Carolo ſeſe adiecerunt in Robertum progredienti: adeò vt illum inopinantem & imparatum antequam diſpoſitas ſuas acies haberet, prope Sueſsionem adorti ſint, & cum paucis acerrimè pugnantem gladiis ſuis confoderint, die qui Dominico ſacer erat (quem alij 15. Iunij fuiſſe volunt.) Supervenientis tamen Hugonis eius filij & Heriberti Comitis, cum ſui exercitus reliquiis, impreſsionẽ non ferentes, in fugam, amiſsis omnibus impedimentis, verſi ſunt. Quamvis Carolum victoria parta

vti

RODVLFVS Tranſiurenſis Rex, Berẽgarium prælio devictum, quo mille & quingenti viri cecidiſſe dicuntur, Italia tota expulit.

BOSO autem Rodulfi Burgundiæ Ducis frater, antequam Rex ille fieret, Ricinnum quendam Lotharingiæ Comitem ex improviſo adortus occídit. Quòd ſi is Ricinnus fuerit, quem Lotharingici ſcriptores Giſleberti Ducis fratrem dixerunt, non dubium eſt eam cauſam fuiſſe, cur ipſe à Roberti cauſa defecerit, eodémq; anno noluerit cum cæteris Lotharienſibus Rodulfo Regnum adepto ſubiici.

CAETERVM temerè hucvſque creditum video, Neuſtria Rholloni eiúſq; genti attributa, Franciam à Normannorum vexatione, invaſionibúſque quieuiſſe. Nec enim omnes qui ab eo tempore in Gallia remanſerunt, illius eiúſve filij impe

rio

vti neſciuiſſe, Vuittikindus aliique
non ignobiles autores contendāt:
cæſis (vt aiunt) eo prælio Rober-
tianorum decem millibus, Caroli-
norum verò ſeptem tantùm milli-
bus deſideratis. Vtcunq; res fuerit,
Carolus fruſtra implorato Nor-
mannorum auxilio, fruſtràq; ten-
923 tatis per oratores Heriberti Seulfiq;
Remenſis Pontificis, & aliorū prin
cipum ad recōciliationē animis, in
Lotharingiā ſeſe recipere coactus
eſt: vnde oratores ad Henricū Cæ-
ſarem miſiſſe, qui illi ſuperiorē Lo-
tharingiam redderent & noua au
xilia peterent, Sigebertus & alij te-
ſtes ſunt. Reginonis autē appendix
etiam addit, illos anno ſequenti ad
Bonnam caſtellū conveniſſe, & iſto
fœdere Carolum ius Regni Lotha-
ringici Henrico omnino remiſiſſe.
cùm tamen ex Annalibus Remen-
ſibus conſtet, Carolo Lotharingiā
à pugna Sueſſionica repetēte, Fran-
ciæ principes omni metu ſolutos,
ſummo ſtudio ſummóq; cōſenſu, &
Hugonis Albi ſive Magni Roberti
filij cōſilio, Rodulfum Burgundiæ
Ducē Regē ſtatim ſalutaſſe, eúmq;
Regio ſolio Sueſsionis impoſitū 3.
Idus Iulij coronaſſe, Emmamq; etiā
coniugē eius, quæ Roberti filia fue
rat, paulò pòſt Remis à Seulfo Pon
tifice coronari voluiſſe. Nec longo
interiecto tempore Heribertū per
Bernardū Silvanectēſem Comitem
conſobrinū ſuū, nempe filiū Pipini,
doli tamē, vt ferebatur, ignarū, in
ſpem ſpeciémq; rei Francicæ com-
ponendæ, Carolum accerſiuiſſe, &
comprehenſum primò ad Quinti-
ni fanum, deinde ad Theodori ca-
ſtellum, nequiſsimo exemplo cuſto
diendū miſiſſe. Ex quo iuri Regni
ſui

rio adſtricti fuerūt, nec etiā omnib.
aſsignationes datæ in Galliis: ſed
plurima illorū agmina, inſeſsis qui
buſdā ad Ligeris ripas arcib. & mu-
nitionib. quas pro perfugiis habe-
bāt, ſub diuerſis Ducib. inde, quan-
docunq; animus & occaſio ferebat,
non minùs in remotiores quàm in
2 vicinas Francorū provincias incur 12
ſiones & latrocinia agebāt. Id quod
hoc anno maximè viſum, quo Fran
cia illorū incurſionibus, nō minùs
quàm bellis ciuilib. vexata fuit. Cū
enim magno agmine ſeſe in Aruer
niā Aquitaniámq; totā populabundi
effudiſſent, collatis ſignis cum Vuil
lelmo Aquitaniæ Duce, & Rage-
mundo Gothiæ Marchione, duo-
decim millium bellantium iacturā
fecerunt. Nec tamen hac clade de-
miſsiores facti, ingenti multitudi-
ne tum è Ligeris confinibus Rage-
noldo quodā Duce (qui in Anna-
libus Britannicis & Normannicis
Rioldus Cenomanicus aut Cōſtan
tienſis dici videtur) tum è Rodomo
(ſic enim eo tempore Rotomagum
vocabant) paulò pòſt egreſsi, ad Iſa
ræ Ripas ſeſe oſtētarūt, cùm eos Ca
rolus in ſui auxiliū ſpe ingētiū præ-
miorū evocaſſet. Terras eñ quibus
adhuc datę nō erāt aſsignabat: aliis
verò q ſub Vuillelmo Duce agebāt
ampliores, ſed Rodulfo cū ſuis ſo-
ciorūq; principū copiis ſe obiiciēte,
traiiciēdi facultatē ſibi ereptā vide-
runt. Quapropter in alias provin-
cias impetu cōverſo, nullū nec in ſæ
uiēdo nec in populādo modum te-
nuerūt, donec erūpentib. in eos ar-
cium oppidorúmq; pro Heriberto
Comite pręſidiariis, ductu Rodulfi
Rotgeri priuigni & Ingebrāni Co-
mitū, magna prędæ impedimento-

ſui ante Rodulfi electionem minimè renunciaſſe dignoſcitur. quod & Odorannus diſertè fatetur. Cæterùm cùm ab eo tempore Normannorum tumultus Rodulfum regem in illos avertiſſet, re cum illis nondum confecta, ſed relictis Hugone & Heriberto Principibus, qui conficerent & de pacis fœderibus cum illis agerent, Lotharingorum ſeſe eius fidei dedere cupiētium oratores in Lotharingiam illum revocarunt. Vbi accepto ab omnibus Principibus, præterquam Gisleberto Duce & Rotgario Trevirorū Pontifice fidei & obſequij ſacramento, Vuitgeri ſeu Vuitgerici Metēſis Epiſcopi hortatu, Zabernam Alſatiæ oppidum multis diebus obſedit, tandémq; dedentibus Henrici Cæſaris præſidiariis recepit. Quod verò de Carolo rege in Reginonis appendice ſcriptum eſt, quem tradit hoc anno vt Alſatiam & partes illas Franciæ ad Rhenum prope Moguntiam ſibi vſurparet, advenisſe, & vſq; ad Patennicheim oppidum quod à Vuormatia non multū abeſt hoſtiliter excurriſſe. De hac Rodulfi expeditione dicta hęc eſſe malim, & pro Carolo Rodulfum ibi reponēdum crediderim. Quo inde Laudunum reverſo, conſtat Henricum Cæſarem à Gisleberto Duce & Rotgario Treverenſi Pontifice, ad invadendam Lotharingiam ſtatim evocatum fuiſſe, ibique, ſi ipſi Reginonis continuatori fides adhibenda, Metenſem vrbem obſediſſe, & Vuitgericum Epiſcopum ſibi dicto audientem effeciſſe. Sed cùm ex Lotharíngicis proceribus nullum alium præter Othonem ad ſe deficere, cæteros verò, nec vi nec metu in ſe converti poſſe vidit. Rodulfum autem cum Francorum Burgundionúmque copiis in ſe redire audiuit, vaſtata depopulatáq; à Moſella vſq; ad Rhenum Lotharingia, pactis etiam cum Lotharienſibus induciis, exercitum in Germaniam reduxit. Ex quo Vuitgerus Zabrenam eius diſceſſu iterum receptam evertit. Porrò ſi ab hoc anno, iuxta Annalium Remenſium autoritatem, Regnum Rodulfi ordiri oporteat, anno autem 936. obierit, licet alij 937. dixerunt, non minus quàm 13. annos regnaſſe dignoſcetur.

rúmq; ſuorū parte exuti ſunt. Vnde adhuc magis efferati procellam ſuā in agrū Attrebatenſem detuliſſent, niſi ſexcentos ex eis vna irruptione Adelelinus Nouiodunēſis Comes ſtrauiſſet, id quod reliquos ſuga ſe recipere in ſuas ſedes aut refugia coēgit. Ex quibus etiam cùm nec à vicinorū infeſtatione ſe temperarent, & in Bellouacos vſq; adhuc excurrerent, Rodulfo tandem regi eiúſq; principibus, antequam Lotharingiam adiret, neceſsitas impoſita copias ſuas in fines illorum tranſmittendi. Quibus tandem Heribertus Comes & Seulfus Remenſis Pontifex effecerūt, vt inducias per quas amplius de pace cum illis agi poſſet, in annum ſequentem acceptare non abnuerint.

PECVNIA quę pacto pacis Normannis pendi debebat, ex Francorum provinciis indicta erogatáq; fuit. Inde Rodulfus rex ad profectio-

HVGO, qui Arelatenſis plerumque dictus eſt, hoc anno & ſequentibus Viennæ principatum tenuiſſe dicitur in Annalibus Remenſibus

ctionem in Aquitaniam adverſus Vuillelmum Ducem, qui nondum adhuc illi dicto audiens eſſe voluerat, ſe accinxit. Ille verò ſuis viribus diffiſus, fidem Regis quàm vim experiri maluit. Ideò cùm fidelitatis & obſequij ſacramentum præſtitiſſet, Comitatum Bituricenſem Rodulfus reddidit, quem illi antea ope Roberti Pariſiorum Comitis (priuſquam Rex factus eſſet) eripuerat. Eodémque tempore Heriberto Comiti Perona, Hugoni autem Albo Cœnomanorum ciuitas ab eodem Rege data eſt. Qui cùm inde reuerteretur, Vuallonē & Giſlebertum Manaſsis cuiuſdam Burgundiæ Comitis filios, ad expu-
924 gnandum Montis S. Iohannis caſtellum, quod Raginardus eorum patruus aut auunculus invaſerat, mittit. Is verò cauſæ ſuæ diffiſus, veniam à Rege per Hugonem Nigrū ipſius fratrem ſupplex poſtulauit, & obtinuit. Interea Comes quidā alius nomine Berengarius, Giſlebertum ipſum ſororium ſuum dolo comprehenſum detinere cœpit, nec niſi fide acceptiſq; obſidibus, filiis ſcilicet Ragenarij, qui Giſleberti frater erat, eum dimittere voluit. Nihilominus cùm ſe dimiſſum vidit, non ſolùm in Berengarij, ſed etiam Ragenarij fratris ſui & Iſaaci Comitis ditiones, hoſtilibus pluſquam modis ſæuire auſus eſt. Ideo Rex averſatus eius perfidiā, ipſum ad ſe pauló pòſt confugientem reiecit. Poſtremò valetudine qua diu grauiter decubuerat recuperata, Rodulfus iterum in Burgundiam profectus, Montis S. Iohannis caſtellum, Raginardo illud, quamvis invito, deſerente, recepit.

Bur-

bus, quę illi ideo Viennēſis cognomen tribuunt. Eúmq; cum Rodulfo Ciſalpinæ Galliæ rege, ingentem de Hungaris, qui direpta Papia ex Italia in Alpes & deinde in Gothiam ſeſe effuderant, ſtragem edidiſſe commemorant.

Qvo tempore inter Boſonem Rodulfi regis fratrem & Othonem Comitem, atq; etiam inter Giſlebertum Ducem & Ragenerum fratrem eius Lotharingiæ principes in ipſa Lotharingia cruento bello, pro Rodulfi (vt videtur) cauſa, decertabatur, adeo vt ipſemet ex Aquitanica profectione reverſus, poſt Conventum quem ad Attiniacū habuit, in Lotharingiam profecturus fuiſſet,
3 niſi eum adverſa valetudo retinuiſ- 13
ſet. Interim eius aſſenſu Cœnomanorum vrbs & Baiocę, pacto pacis, Vuillelmo Normannorum principi, per Hugonem magnum, Heribertum Comitem & Seulfum præſulem, attributæ ſunt. Quod tamen cùm Ragenoldo non adhuc ſatisfaceret, qui ſibi etiam aſsignationem in Galliis dari volebat, educto ſuorum agmine, in ditiones Hugonis inter Sequanam & Ligerim impetum fecit, nec inde revocari potuit, priuſquam Vuillelmus Aquitanorum princeps & ipſe Hugo pacem ſecuritatémq; ab eo ſuis provinciis redemerunt. qua cùm aliis regionibus minimè cautum eſſe putaret, in Burgundiam copias ſuas convertit.

Heri-

BVRGVNDI ductu Vuarnerij
& Monaſsis Comitum, atq; etiam
Augeſigi Trecarũ Epiſcopi, & Ger-
ſilini Præſulis, cum Normãnis Bur
gundiam vaſtantibus, ad Calanum
montem ſive (iuxta Aimonium)
Calomontem (alij Caroleſium di-
xerunt) prælio cõgreſsi, pluſquam
octingentos ex eis occiderũt: Vuar
nerium tamen amiſerunt. Nihilo-
minus cùm Rodulfus cum copiis
Gallicis in auxilium ſuorum adve-
niſſet, occaſionémq; rei bene geren
dæ in hoſtes habere videretur, eos
ſine certamine elabi permiſit. Quo
etiam tempore Normanni Roto-
magenſes, rupto quod cum illis nu
per ictum erat fœdere, prædas ex
Bellouacis & Ambianis egerunt:
925 ſed cùm vſq; ad Nouiomagi ſubvr-
bia excurriſſent, oppidanorum e-
ruptione fœdè repulſi ſunt. Ea de
cauſa Baiocenſes Normannorum
iugum protinus à ſe excuſſerunt,
& agris finibúſque illorum paria
damna intulerunt. Eorum autem exemplum ſequuti Pariſienſes, nihil
intacti illæsique in Normannorum finibus ſibi vicinioribus reliquerunt.
quod illos ad ſua tutanda redire tandem coẽgit. Vude irritatis omnium a-
nimis, bellum procerum omnium Franciæ ſententia adverſus illos decre-
tum eſt, adeo vt non ſolùm Hugo & Geribertus, ſed etiam Arnulfus Flãdrię
& Hilgandus Monaſterioli Comes, aliiq; limitũ maritimorum præfecti, co
pias ſuas in hoſtes eodem tempore eduxerint, nonnulláſq; arces & oppida
variis in locis ex illis vi receperint. Quorũ illud quod Anga, ad mare ſitũ,
dicebatur, quo maioris momenti erat, eo plus etiam negotij Fraucis in ex-
pugnando intulit. Tandem tamen Lotharingorum defectione (vt veriſimi
le eſt) audita, inducias cum Normannis Hugo magnus componere iuſſus
eſt: quibus ſuæ tantùm provinciæ proſpiciebat & cauebatur, non autem
Flandriæ, nec ditionibus Hilgandi & Rodulfi de Gangeio Comitum.

HERIBERTVS Comes ad Giſ-
lebertum Ducem & Othonem a-
lióſque Lotharingiæ proceres miſ-
ſus, eos in gratiam cum Rodulfo
rege reduxit. Quod adeo Henrico
Cæſari viſum eſt diſplicuiſſe, vt co-
pias ſuas in Lothaingiam tranſmiſ-
ſis, oppidum quoddã nomine Tul-
piacum, quod Gisleberti præſidio
tenebatur, vi expugnarit, ipſum ta-
men Gislebertum, dolo per quen-
dam Lotharingum nomine Chri-
ſtianum comprehenſum, non ſo-
lùm in gratiã recepit, verumetiam
ſuperiori Lothaingiæ deſponſata
ei Gerberga filia ſua præfecit. Eius
ideo opera Lotharingiam totam
ad Germanos paulò pòſt penitùs
rediiſſe (Francis Normannico bel-
4 lo tunc occupatis) potiùs quàm Ca 14
roli Simplicis conceſsione crediderim;
quam ſuperiori anno factam
fuiſſe, & Reginonis appendix, &
Sigibertus falſò declarant.

NORMANNI cùm in Attreba-
tes vſq; excurriſſent, à Rodulfo re-
ge inter quaſdam anguſtias obſeſsi
ſunt, ſed in caſtra ipſius erumpẽtes,
ipſum quidem vulnerarunt, & Hil-
gan-

CVM Italos Rodulfi Iurenſis
Regis pœniteret, Hugo Bertæ &
Lotharij (ſecundum Onufrium) fi-
lius, Arelatenſium & Viennæ Co-
mes, in Italiam velut vacuam poſ-
ſeſsio-

gēdum Monaſterioli Comitē peremerunt, ex ſuis tamen plus quàm mille amiſerunt. Tandem cùm non potis eſſet illorum maleficia cohibere, pacem iterum ab illis magna pecuniæ ſumma redimere placuit, vt ab eis exercitus adverſus Aquitanum Ducem, qui nuper à
926 rege defecerat, duci poſſet. A quo tamen perſequendo, Rodulfus rex poſt receptam ex Aquitani fratre Nineruenſem vrbem, metu falſi rumoris Hungarorum, qui Rhenum traieciſſe nunciabantur, revocatus eſt. Quo etiam anno memoriæ traditum eſt Rotgarium Laudunenſis pagi (vt eum Annales vocant) Comitē obiiſſe: Hugonē verò Francorū Comitē Eduardi Anglorū regis filiā ſibi deſpōdiſſe.

Simultas exorta inter Rodulfum regem & Heribertum Comitem propter Comitatum Laudunenſem (quem Heribertus Odoni filio ſuo dari cupiebat: rex aūt Rotgerio Rotgarij defuncti filio cōceſſerat.) in apertum odiū erupit: adeo
927 vt Heribertus aſcito Hugone Magno, amicitiā Imperatoris Henrici in Lotharingia inierit. Deinde cùm Lauduno penitùs à Rodulfo rege excluſus fuiſſet, Carolū Simplicem de cuſtodia eduxit, & cū eo Vuillelmū Normannorum Principē adiit, vt illum in ſocietatem ſuam adverſus Rodulfum regem adducerent.

Rodulfus coacta hoſtili Burgundionū manu, media hyeme in hoſtes ſuos progreſſus eſt: Hugone aūt Magno partes ſuas interponēte, poſt tertiū colloquiū in gratiam cū Heriberto rediit, tradito illi Laudunen-

ſeſsionem ſpe Imperij ſe contulit, ibiq́ à principibus Italię Rex apud Ticinum ſalutatus, Rodulfum tota Italia excedere coēgit: eiúſq́ loco annos circiter 20. regnauit: Annal. Remenſes & Luitprandus. Paradinus autem extare tradit diploma ab ipſo Hugone inſcriptum ad an-
5 num 928. anno regni ſui in Burgundia 3. quod ſignificare videtur illū 15
eodem tempore regni Burgundici ſimulac Italici titulos geſtare cœpiſſe.

Ebrardus quidam Germanię princeps, ab Henrico Cęſare in Lotharingiam miſſus ad iura dicenda & continēdos in pace Lotaringos.

Odo ſecūdus Cluniacenſis Abbas poſt Bernonem annis 17. Gerardus de Aruer.

Vuillelmus Aquitaniæ Dux teſtimonio Annalium Remenſium obiit: eiq́ in Ducatu Aquitanico ſucceſsit alter Vuillelmus: an verò filius eius fuerit, ab iis nòn dicitur. Quocirca Annales Aquitanici non rectè videntur duos Ebulos Aqui-
6 tanię principes his temporibus cōſtituiſſe, poſteriorisq́ obitum, cui 16
Vuillelmus filius ſucceſſerit, anno 935. a ſcripſiſſe.

Normanni autem ad Ligerim inſidentes, quinq́ hebdomadib. ab Hugone & Heriberto obſeſsi ſunt: datis tandem obſidibus, in agrum Nanutenſem, pacto pacis illis aſsignatum, conceſſerunt.

Cum Hugo Italiæ Rex compertum haberet (vt autor eſt Luitprandus lib. 3. cap. 13.) Rodulfum Iurenſis Burgundię regē mutatis animiš ab adverſa factione revocari, vt ab illis conſiliis eum penitùs averteret,

dunenſi caſtro, quo Emma Regina
ægerrimè diſcedere volebat. Inte-
rim cùm Iohãnis Rom. Pontif. man
datis ſub dirarum denunciatione,
Heribertus Carolum ſuæ priſtinæ
dignitati & libertati reſtituere iube
retur, in eo ſe omnem operam na-
uare ſeriò ſignificatum voluit. Nihi
lominus poſtquam Normãni prin-
cipis animum erga ſe & Hugonem
principem pertentauit, & de eo ſibi
bene ſperandum eſſe (qui tamẽ Ca
roli cauſam ægrè deſerere velle vi-
928 debatur) putauit: deinde ab Henri-
ci Cæſaris colloquio, ad quod cum
eodem Hugone acceſsit, reverſus,
vt omnino ſuam voluntatem Ro-
dulfo probaret, Carolum in priſti-
nam cuſtodiam reduxit. Ad quem
tamen Rodulfus paulò pòſt in ciui
tate Remenſi acceſsiſſe, Atiniacum
illi reſtituiſſe, muneribúſq; eum ho-
noraſſe, & cum illo in gratiam ple-
nè rediiſſe traditur. Antequam au-
tem iſtud contingeret, Lotharingiã
belli motibus quaſſam vexatámq;
fuiſſe Annales Remenſes comme-
morant, Henrico Cæſare Boſonem
Rodulfi Regis fratrem armis perſe
quẽte, quòd nec imperatis eius ob-
temperare, nec ei dicto audiẽs vllo
modo eſſe vellet, adeo vt illi Duro-

tereret, icto fœdere quidquid ipſe in
Gallia vrbium finiũmq; obtinebat
ei tradit, iureiurãdo adacto in Ita-
liam deinceps non ducturum ſe. id
quod contigiſſe hoc anno Paradi-
nus antiquo quodam teſtimonio
comprobauit. Quo etiam Annal.
Remẽſes Hugonem in Galliam re-
diiſſe, & colloquio habito cum Ro
dulfo Galliæ Rege, ius quod in Vien
nenſis prouinciæ principatu habe-
bat, Odoni Heriberti Comitis (qui
aderat) filio reſignaſſe commemo-
7 rant. Si tamen iſtud ſit quod iis ver 17
bis præferunt, Hugo rex habẽs col-
loquium cum Rodulfo, Heriberto
Comiti prouinciam Viennenſem
dedit vice filij ſui Odonis. Ex quo
fieri poteſt, vt Odoni ipſi Vienna
tantũmodo data fuerit (etſi ea nun
quam potitus eſſe videatur) Rodul
fo verò Iurenſi Comitatus Arela-
tenſis, quo alterum filiorum ſuorũ
nomine Boſonem (vt nonnulli au
tores quamvis obſcuri aſſerũt) in-
veſtiuerit. Luitprandus enim fate-
tur neptem quandam ipſius Hugo-
nis, nomine Bertã, nupſiſſe Boſoni
Comiti Arelatenſi, ex quo iam vi-
dua erat priuſquã Hugo Italia de-
pelleretur.

ſoſtium quoddam Caſtellum vi eripuerit. Sed cùm fide data eum ad ſe evo-
caſſet, non ſolùm in gratiam recepit, ſed reſtitutis omnibus quæ illi ablata
erant, cum Gisleberto cæteriſq; Lotharingis reconciliauit.

Qvi modò iunctis animis & vi-
ribus, Hugo nempe & Heribertus,
Boſonem Rodulphi Regis fratrem
bello acriter oppugnabant, quòd
clientes quoſdam Rothildis ipſius
929 Hugonis ſocrus nuper defunctæ
iniuriis affeciſſet, adeò vt Victoria-
cum caſtellum quod eius præſidio
tenebatur vi expugnarint: paulò
pòſt

Carolvs cognomine Simplex
legitimus Francorum Rex, miſeran
da ſorte apud Peronã obiit. Annal.
Remẽ. Fatetur etiam Abbas Vrſper.
ex quodam Gallico autore illum
8 obiiſſe poſt quintum ſuę detentio- 25
nis annum.

Rodvlphvs Comes Palatij
Rodulphi Regis hoc tempore. Chr.
Diuionenſe.

poſt tamen leui ſatis ex cauſa, ipſi etiam inter ſe diſsidere viſi ſunt, eo quòd Hugo Herluinum Monaſterij Comitem Heriberti clientem (hominem enim eum fidelem eo tempore dicebant) ad ſe auertiſſet. Heribertus verò Hilduinum Hugonis beneficiarium in ſuam clientelam viciſsim admiſiſſet.

NORMANNOS qui ad Ligeris ri
pas inſidebant, in Aquitaniam ſuo
more excurrentes, vno prælio Ro-
dulfus rex apud Lemouices ferè de-
leuit, ex eóq; Aquitanos ſibi obſe-
930 quentiores effecit. Deinde nō abſ-
que magno negotio, amicitiam in-
ter Heribertum & Hugonem, atq;
etiam Boſonem fratrem ſuum, ſuis
diſsidiis totam Franciā permiſcen-
tes, reſarciuit.

VICTORIACVM Boſoni reſti-
tutum, iterum ei proditione cuſto-
dum ereptum eſt ab Heriberto, qui
tamen nec ipſum diu retinere qui-
uit. Quo tempore nō ſolùm Victo-
9 riacum, ſed etiam Codiciacum atq; 26
Moſomum & Duroſoſtium aliaq;
rum Campaniæ Comitatus tū Du-
catus Lotharingici loca in poteſta-
te Boſonis fuerūt. Lotharienſes au-
tem Giſleberto Duce Duagium op
pidum, ex Arnoldo Heriberti clien
te, obſidione in Hugonis gratiam
receperunt.

VARIAE mutationū bellorúm-
que vices hoc anno Franciam agi-
tant. Giſlebertus enim Manaſsis
Burgundiæ cuiuſdam Comitis fi-
lius, cum Richardo Vuarnarij filio,
à Rodulfo rege, propter Aualonis
caſtrum (quod illis Emma Regina
eripuerat) defecerunt. Simultas au
tem inter Giſlebertum Lotharien-
ſem & Boſonem Comitem renoua
ta, effecit vt Boſo Duroſoſtio ſibi à
Giſleberto intercepto, ab Henrico
etiā Imperatore ad Rodulfum re-
gem fratrem deſciuerit: à quo co-
piis adiutus Catalaucum caſtrum
oppugnauit & incendit. Verùm He
ribertus ſocietate cum Giſleberto
& Lotharienſibus inita, Rodulphi
regis ex profeſſo hoſtis ſimul eſſe
931 cœpit. Qua de cauſa iuncto ſibi rex
Hugone, Domineum caſtrū ex He-
riberto cepit, & Attrebates obſedit.
Quibus ille magis irritatus ſeſe fi-
dei & tutelæ Imperatoris Henrici
commiſit: nihilominus tamen Ro-
dulfus, ne à ſe etiā Imperator alie-
naretur,

VIENNAM licet Odoni Heriber
ti filio antea cōceſſam Carlus Con
ſtantinus, quem Annal. Remen. Lu
douici Orbi filium (ideo autem ar-
bitramur fuiſſe Boſonis filium, cui
oculi in Italia eruti fuerant) vocāt,
hoc tempore occupabat. Quapro-
pter in eum Rodulphus Galliæ rex
profectus, fidelitatis & obſequij
iuſiurandum ab eo exegit.

BRITONVM reliquiæ quæ ſub
Normannorum iugo in maritimis
Britanniæ regionibus remanſerāt,
conſpiratione facta Normanos o-
mnes qui illis dominabantur, die
qui D. Michaëlis memorię ſolennis
erat, internecione cum ſuo Duce Fe
lecam, ſuſtulerunt. Qua de cauſa
Incon Normanorum Ligerim acco
10 lentium Princeps, ducto ſuorum 27
agmine in Britanniam, victis cæ-
ſiſq; Britonibus, regione potitur.
Iſtud autē facinus Britones ex An-
nalibus illorum commiſiſſe viden-
tur, Inhaele Berengario Alani Ma-
gni quondā Ducis filio Duce, cuius

 ſedes

naretur, & vt in Germaniam regrederetur, miſſo Hugone effecit. Qua ſpe Heribertus deſtitutus, Remenſem vrbem, deinde Catalaunenſem (quæ inter Regiæ ſedis oppida fuiſſe tunc videbatur) poſtremò etiã Laudunenſem amiſit, cùm arcem ipſius ſtrenuè aliquandiu defendiſſet. Rodulfus verò Artoldum quondam ſibi devotum, Remẽſem Præſulem, in locum Hugonis, Heriberti filij (qui ætate inhabilis ad hanc dignitatem càpeſſendam minimè videbatur) eligi curauit. quod aliud maius annis ſequentibus bellorum ſeminarium fuit.

RODVLFVS rex in Burgundiã reverſus, arces quaſdam ex Gisleberto & Richardo qui à ſe deſciuerant, recepit, quibus Gislebertũ ad officium redire coëgit. Paulò pòſt autem Hugone aſſentiente, Epiſcopatum Catalaunenſem Bononi qui inde paulò antè (quòd adverſarum partium eſſet) deiectus fuerat, reddidit. Interim Heribertus Hammũ caſtrum etiam ex Ebrardo Erluini fratre recuperauit: Hugo verò Ambianum, quibuſdam Epiſcopis comitantibus, oppugnare aggreſſus eſt: mox receptis ab oppidanis obſidibus, ad obſidionem fani Quintini protinus ſe tranſtulit, quod pòſt
932 duos menſes oppidanorum deditione cepit: vnde accerſitis Lotharienſium cum Gisleberto Duce copiis, Peronam etiam tentare auſus eſt, ſed ciuib. egregiè ſeſe defendentibus, obſidione receſsũ eſt. Poſtremò Gislebertus ſalutato Hugonis opera Rodulfo rege, Lotharienſes ſuos domũ reduxit. Poſt cuius diſceſsũ, Hammũ caſtellũ quod Heriberti erat, à Rodulfo & Hugone adhuc

ſedes in vrbe Rhedonenſi erat.

RACVLFVS Matiſconenſis Comes obiit nulla virili prole ſuperſtite, ſed vnica tantùm filia nomine Colatia, quę Comitatum aſſumens ei decennio præfuit. Bugno.

RAGEMONDVS (qui ab aliis Raymandus Toloſatiũ Comes dici videtur, & à Luitprando lib. 5. Aquitaniæ princeps) & Ermingandus Gothiæ principes, atq; etiã Lupus Lacinarius Vaſco (ſic enim vocant Annal. Remenſ.) Rodulfo regi ſuum obſequium ſuàmque fidem devouerunt. Quorum Vaſco equũ ferebatur habere annorum pluſquã centum, adhuc tamen validiſsimũ.

EODEM verò tempore Boſo Rodulfi regis frater & Bernuinus Epiſcopus Virdunenſis odiis inter ſe contendentes, direptionibus agrorúmque depopulationibus mutuis
11 ditiones ſuas divexabant. quod tamẽ Vuaſſemburgius longè antè cõtigiſſe teſtatus eſt. 28

COENOBIVM Paterniacenſe in minore Burgundia ſive Nuitlãdia à Bertha Rodulphi Iurenſis regis coniuge conditum. Munſterus.

HV-

adhuc obſeſſum, obſides dedit: qua de cauſa Heribertus ad Henricum in Germaniā, ſubſidij (vt creditur) petendi cauſa, profectus eſt.

THEODORICI ad Matronam caſtellum, quod Heriberti præſidio (cui Vallo præerat) defendebatur, ſexquimenſis obſidione à Rodulfo rege captum eſt. Paulò pòſt autem Heriberto illud recuperante amiſſum, poſtquam eodē ferè mo-
933 do ſani Quintini oppidum, oppidanis ſeſe dedētibus, recuperaſſet, Hugone adveniente perdidit, qui eodem victoriæ curſu Rangam arcem ei etiam eripuit. Dum Odo Heriberti filius ex Hāmo caſtro in agrum Sueſsionicum & Nouiodunenſem prędas populationeſque ageret.

HVGO Italiæ & Provinciæ Rex Romam fruſtra hoc tempore obſidebat, Albrico Marociç filio, qui illam occupabat, Iohannémq; Pontificem fratrem ſuum carceribus ſuis clauſum detinebat, ſtrenuè defendente. Ann.Rem.

12 INTERIM Viēna Rodulpho regi, tradentibus iis qui eam tenebāt, dedita eſt.

VVILLELMO verò Normānorum Principi, eidem Regi fidē obſequiúmq; ſuum iureiurando obſtringenti, Britonum oram maritimam accolētium terram donauit: quam tamen alij à Carolo Simplice Rolloni antè traditam ferunt, niſi poſterior fuerit prioris donationis confirmatio.

THEODORICI caſtellum repetita obſidione hoc anno à Rodulfo & Hugone oppugnatum eſt, cùm Heribertus convētiones, quibus ſe à priore obſidione obſeſsi
934 redemerant, infregiſſet. Tandem tamen miſsi ab Henrico Imp. Giſlebertus & Ebrardus cum quibuſdā Lotharingiæ Præſulibus ad Rodulfum Regem, inducias quorundam menſium inter eum & Heribertum impetrarunt. Quarum legibus Heribertus Hammum Peronámq; retinuit, Theodorici verò Caſtrum regi reſtituit. Finitis autem induciis, Heriberto Quintini oppidum obſeſſuro Giſlebertus Lotharienſium copias in auxilium adduxit. Sed induciarum vſque in annum ſequentem prorogatio iſtud conſilium diremit.

EMMA Regina Rodulphi Galliç Regis coniunx & Hugonis magni ſoror obiit.

13 ISMARVS Comes Diuionenſis & vxor eius Lampidia hoc tempore. Parad.

AQVITANI quidam à Rodulfo rege deficere auſi, arcem quandam cui Viriliacum nomen erat, adverſus illum defendere cœperūt. Quapropter educto exercitu illos inde deiecit, eámq; Goffrido cui erepta fue-

HVNGAROS Burgundiā populantes Rodulfi regis adventus in Italiam traiicere coëgit.

DIVIONVM caſtrum, quod Boſo quidam Burgundiæ Comes (cuius extare memoria videtur in Cō- men-

fuerat, reddidit. Ipſum deinde Got-
fridum poſt concilium cum Regni
primatibus Sueſsionis habitum, ad
Henricum in Germaniam, locum
ac tempus colloquio petitum mi-
ſit. Ad quod non ſolùm vterq;, ſed
etiam Rudolfus Iurenſis Rex ve-
nit: vnde amicitia inter illos, pax au
935 tem inter Hugonem & Heribertum 14
conſtituta. Secundum quam non-
nihil earum ditionū Heriberto red
ditum, atq; etiam Boſoni ab Henri-
co quæ illorum antea fuerant reſti-
tuta. Sed cùm ex arce Quintini ſua
præſidia nollet Hugo deducere, il-
lam Lotharienſium Saxonúmque
quorundam Comitum ſibi ſtuden-
tium auxilio, Heribertus ad dedi-
tionē coëgit. Ne verò Lauduni ob-
ſidionem tentaret, Rodulfi regis
adventus effecit.

mentarius Eccleſiæ D. Benigni) atq;
alij ſuæ factionis homines occupa-
uerant, Rodulfus Rex obſedit: Bo-
ſo verò frater eius cùm ſe ad obſi-
dionem Quintini paulò pòſt accin
geret, fato ſublatus eſt & Remis ſe-
pultus. Eius autem loco Hugonem
Nigrum fratrem illius ſuppoſuiſſe
videntur, qui Rodulfo rege fratre 31
ſuperſtite obiiſſe dixerunt.

CAETERVM cùm Normani ma-
gno agmine in Biturigum Turo-
nenſiúmque agros populabundi ſe
iniecíſſent, irruentibus in eos loci
accolis ad vnum ferè cæſi ſunt.

RODVLPHVS Frācorum Rex,
& ſecundus Burgundiæ Dux, mor-
bo (vt à quibuſdam creditum eſt)
pediculari, apud Autiſsiodorū de-
functus eſt 18. calend. Februa. iuxta
quoddam Chronicum manu ſcri-
ptū, aut (vt in Martyrologio S. Co-
lūbæ apud Senones habetur) prid.
id. Ianua. Vbi etiam extare eius ſe-
pulchrū audio, in cuius inſcriptio-
ne mortuus dicitur an. 937. quam-
vis Annal. Remenſ. an. 936. obitum
eius diſertè conſtituant. Vtcunque
ſit, nullos illi liberos ſuperſtites fuiſ
ſe conſtat, quamvis Ludouicum fi-
936 lium ex Emma côiuge, ante ſe mor-
tuum, ſuſcepiſſet. Ex quo Hugonē
Nigrum fratrem illius ſtatim ſe in
Burgundiæ poſſeſsionem eodem
anno iniecíſſe Anna. Remenſ. indi-
cant: cùm vrbem Lingonenſem oc
cupaſſe narrant, & ex ea paulò pòſt
à

RODVLPHO mortuo, Franciæ
proceres cōſilium Hugonis Ma-
gni ſequuti Ludouicum Caroli Sim
plicis filium quem ex Theatina E-
duardi Anglorum regis filia ſuſce-
perat, apud Adelſtanum regē auun
culum degentem, ad Regni mode-
ramina capeſſenda revocarūt. Lau-
duni autem coronatus 13. cal. Iulij
iuxta Aimonij obſeruationem, Ar-
toldo Remenſi Præſule coronatio-
nis myſteria peragente, in Burgun-
diam, poſt receptos Lingones, Hu-
gone deducente ſe cōtulit, & à Præ-
ſulibus, primatibúſque Burgundis
1 iuſiurandum obſideſque exegit. 32

HVGO Italiæ Provinciæq; Rex,
exercitu ſuo fame peſteq; confecto,
ab obſidione vrbis Romæ receſsit,
affinitate priùs cum Albrico hoſte
ſuo inita.

BRITONES Normanorum me-
tu

à Ludouico rege auxilio Hugonis deiectum fuiſſe, poſtremò etiã partita inter ſe Burgundia vtrumq; Hugonem de pace conveniſſe: à quo tempore Hugo Magnus ius ſibi in Burgundiam aliquod ſemper vendicaſſe viſus eſt. Ex quibus intelligimus nec Giſlebertum Rodulphi fuiſſe filiũ, nec illius in Ducatu Burgundię ſucceſſorem, qui potiùs eorundem autorum teſtimonio, Manaſsis Comitis filius fuiſſe videtur.

CVM regni functiones Ludouicus rex ex Hugonis Magni arbitrio obiret, eius procuratione ſe primò eximens, omnia in poſterum per ſe & ex matris conſilio (quam ad ſe Lauduni recepit) agere ſtatuit. Qui quò tenderet Hugo intuitus, cũ Heriberto in gratiã rediit, qui eo modo Theodoreti caſtellum ex Vuallone recepit.

INTEREA dum Hungarorũ barbaries Franciam totam immaniter devaſtat, Britones totis viribus ſua ex Normanis recuperare contendunt, tantámque virium & audacię

937 exuperantiam adverſus illos præſtiterunt, vt pluribus prælijs ſuperiores, maiorẽ vrbium partem ex quibus deiecti fuerant receperint: maximè verò Nanetenſem, in qua Alanum paulò pòſt ſibi Ducem conſtituerũt, cùm iam alij Britones Inhaẽlem Berengarium in vrbe Rhedonenſi Ducem haberent. Annal. Remenſ. & Britan.

FVLCO Andegauenſis Comes hoc tempore, cuius filius Vuido Epiſcopatum Turonenſem adeptus eſt hoc anno. Ex Annal. Rem.

HV-

tu in Anglia diu profugi, Alano (vt aiunt Annal. Britan.) cognomine Barbatorta Duce, filio Ducis quondam Mathuedori nepotis Berengarij Inhaẽlis ex matre, ſeſe colligẽtes, Adelſtani regis auxilio ſubſidióq; patriam ſuam hoc anno, teſtimonio Annal. Remenſium, repetunt. Quidã autem Gallici ſcriptores addunt, regem Adelſtanum à Vuillelmo Normãnorum Principe eodem anno impetraſſe, vt in gratiam ſuam Alanus reciperetur & patriæ ſuæ reſtitueretur.

HENRICO Cæſare mortuo, Otho, qui Magni cognomen à pręclaris factis adeptus eſt, à Germanis principibus Rex ſalutatur.

QVO etiam anno Rodulfus Iurenſis Burgundiæ rex fato conceſſit, relicto, vt Annal. Remenſ. teſtantur, filio Conrardo adhuc paruulo, qui regno Iurenſi circiter annos 52. præfuiſſe videtur. Quem tamen Lazius quodam in loco tertij cuiuſdã Rodulfi regis fuiſſe ait, qui tamen ſecundi filius fuerat. Anno autem 927. regnare inceperat: poſt obitũ verò in numerum Diuorum relatus eſt. 2 Alio loco contendit ipſum 1 Chonrardum non Rodulphi tertij filium fuiſſe, ſed Richardi qui Rodulfi prioris germanus extiterat. At in vtroq; erraſſe tum ex Annalibus Remenſibus, tum ex Veteribus tabulis & commentarijs quæ extãt in Chartophylacio Bernẽſi, quę mihi permiſſu Conſulum atque illuſtriſsimi Senatus Bernenſis videre licuit, deprehenditur: ex quibus etiam, maximè verò ex teſtamento Bertæ Reginæ matris Conradi, intelligimus ipſam ex Rudolfo marito

HVGONE magno intercedente, Heribertus Comes in gratiam à Ludouico rege recipitur, redditis quibuſdam arcibus regni Lotharienſis. Nihilominus cùm non ſatis adhuc benevolum animum erga eos gereret, quędam etiā Heriberto per vim auferret, & cum Arnulſo Flandriæ principe colloquia iniret: Hugo ducta ſorore Othonis regis, affinitate illius res ſuas ſtabilire voluiſſe viſus eſt: cuius ideo fiducia Heribertus arces quaſdam Epiſcopatus Remenſis adoriri, & ex iis in agros vicinos prædas agere auſus eſt, quòd Artoldus Præſul regi vnicè addictus eſſet. Qua de cauſa reverſus ex
938 Flandria rex, arcem Laudunenſem, quæ Heriberti præſidio adhuc tenebatur, magna vi expugnauit: eámque tamen Odonis ipſius Heriberti filij, qui ad ſe nuper deſciuerat, cū Laudunēſi oppido, fidei cuſtodiæq́ demandauit, vt inde ad Hugonis Nigri Burgundiæ Ducis, quem in ſuas partes pertrahere cupiebat, colloquium accederet. Quo tempore Giſlebertus Lotharienſium copias in auxilium Hugonis & Heriberti adducens, arcem Petræ Pontis expugnauit. Sed antequam longius progrederetur, induciæ in quoſdā menſes inter regem & Hugonem

rito duos alios filios, præter Chonradum ſive Chonrardum Regem, ſuſcepiſſe: nempe Burchardum Epiſcopum & Rodolſum ducem (quē alij Poſthumum dixerunt) eiq́ paternæ ſucceſsionis portionem in quadam parte regni Iurenſis contigiſſe, atq́ Adelhydam ſive Adelheidam filiam, quę Lothario Hugonis Italię Regis filio primùm, & eo mortuo ſecundùm Othoni I. Imperatori nupſit. Luitprandus autem autor eſt Hugonem Italiæ Regem, ſimiliter Bertam ipſam Chonradi matrē ſtatim ab obitu mariti ſui ſibi coniugem effeciſſe: atq́ alio loco teſtis eſt fuiſſe eidem Hugoni neptem quan-
3 dam nomine Bertham, quæ nupſit cuidam Boſoni Arelatenſi Comiti, ex quo iam vidua fuit antequam ab Italia decederet. Quo argumento ſuſpicatus ſum Boſonem illum fuiſſe etiam Bertæ reginæ Burgundiæ filium: cùm Autores, tametſi parū illuſtres, non deſint qui Chonrado regi Boſonem (quem Arelatenſem regem nominant) fratrem attribuunt, præter Burchardum & Rodulſum: illius verò mētio in matris teſtamento fieri nō potuit, cùm eo iam mortuo, nēpe anō 24 Chonradi regis, conditum fuerit. 2

eorúmque ſocios, Arnulſo Flandro ſeſe interponente, compoſitæ ſunt. Ab eo tempore nunquam fida inter regem Hugonémque Magnum pax iungi potuit. Sæpe arma poſita, ſæpe repetita, oppida vtrinq́ capta, vaſtati agri, lenia prælia facta, dextræ interdum iunctę, mox rurſus enſes ſtricti. Nec tamē rem ij attigiſſe videntur, qui Hugonem eo tempore cauſam familiæ ſuæ de regni controverſia perſequi voluiſſe contendunt.

LVDOVICVS rex accito in auxilium ſuum Hugone Nigro, in Hugonem Magnum (qui Albus etiam nuncupabatur) & Vuillelmū Normano-

ADELSTANI Anglorum regis claſsis, quę vt ſolatium aliquod rebus Ludouici regis adferret, Gallica litora aliquandiu legerat, nulla alia

mannorum principem profectus eſt,ſed cauſa aliqua quæ non tradita eſt interveniente,induciarũ prorogatio inter eos facta eſt in Iuniũ meſem. Interim Arnulfus Flandriæ princeps,Monaſteriolum quorundam proditione ex Erluino ſeu Heloino cepit, quod tamen paulò pòſt Erluinus accepta quadam Normannorum à Vuillelmo principe manu recepit, vnde illa irarum moles Flandri in Normanum. Lotharienſium autem principum quamplurimi, in quibus Giſlebertus Dux atq; Otho Iſaac,& Theodoricus Comites, ad Regem Ludouicum defecerunt,Epiſcopis in fide Othonis perſeuerantibus, metu obſidum ſuorum quos ille apud ſe habebat. Ea de cauſa Rheno cum copiis ſuis traiecto, Lotharingiam totam ferro & incendiis fœdè perluſtrauit. Et antequam inde recederet, ſecreta quędam colloquia cum Hugone Magno, Heriberto, Vuillelmo Normanorum & Arnulfo Flandrorum principibus
939 habuit, quibus amicitiam inter ipſum & Regem Ludouicum renouatã fuiſſe,ab Annalibus Britannicis & Normannicis fruſtra ſcriptum video, cùm à diſceſſu Othonis ſtatim Francus Rex exercitum in Lotharingiam duxerit, omniáque ibi metu compleuerit,& ad Briſacum vſq; Alſatię oppidum percurrerit, atq; etiam hoſtiles quaſdã turmas fuderit fugâritq;, ac nonnullos deniq; Præſules in fidem ſuam admiſerit.Qua de re Giſleberto Duci audacia tantopere creuit,vt Rege Laudunum reverſo, Rhenum cum ſuis copiis traiicere auſus ſit:ſed à Saxonibus repulſus,dum iterũ amnem tranare contendit,rapiditate altitudinéq; aquarum ſubmerſus eſt. Ea de cauſa Ludouicus Rex,repetita Lotharingia,Gerbergam ipſius Giſleberti viduam,Othonis verò ſororem,coniugem ſuam effecit.Nihilominus Othoni cum copiis ſuis iterum advenienti, viribus impar Regnum Lotharingicum magna ex parte cedere coactus eſt:idq; non ſponte (vt à quibuſdam falſò traditũ eſt): nec enim vllum fœdus adhuc inter eos intervenerat,vnde cùm res eius iam ibi eſſent validiores, Hugo Albus atq; Heribertus Comes ipſum de rebus inter ſe communibus acturi adierunt,redeuntes autem, oppidis Epiſcopatus Remenſis damna plurima intulerunt,vt ex Annal.Rem. Mariano Scoto,& Reginonis continuatore innoteſcit.

Vuillelmus Normannorum princeps, cùm fidem ſuam iureiurando Regi Ludouico obſtrinxiſſet, inveſtiturã ſui Ducatus ab ipſo accepit. Nihilominus paulò pòſt Hugoni Albo & Heriberto Comiti cũ Epiſcopis quibuſdã Remenſem ciuitatem obſidentibus ſeſe adiunxit,ſuáq; ope effectum eſt, vt ſexto obſi-

alia re memorabili geſta patriam repetiit.

4 Qvo tempore Britones acie cũ Normannis decertantes, victoria non ignobili potiti ſunt,ex qua caſtellum quoddã ex illis receperunt.

Hvgo & Heribertus Lauduni obſidione ſoluta, Othonem Cæſarem adierunt, eiúſq; fidei & tutelæ ad Atiniacum ſeſe commiſerũt. Ea de cauſa cùm Ducatui Lotharingico Henricum fratrem ſuum præfeciſſet, collecto ex variis gentibus exercitu,Ludouicum regem in Burgundiam perſecutus eſt, caſtriſque

obſidionis die vrbs Arraldo Præſu
le (cui Rex eiúſq; ſucceſſoribus Co
mitatum Remenſem iúſque cuden
dæ monetæ pauló anté conceſſe-
40 rat) deiecto, capta ſit, & Hugo H:-
riberti filius Epiſcopatui reſtitu-
tus, atq; etiam vt inde ad obſidio-
nem Laudunenſis ciuitatis itum
ſit, quam tamen Ludouico Rege
cum Hugone Nigro & Vuillelmo
Pictauienſi Comite adveniente, ſol
uere coacti ſunt.

iuxta Sequanam locatis, ius iuran-
dum ab Hugone Nigro exegit, ſe
nihil vnquam hoſtilis in Hugonem
Album Heribertúmq; moliturum.
5 Huius autem expeditionis Conrar 4
dum Iurenſis Burgundiæ regem
Rodulfi filium Comitē fuiſſe An-
nal. Remenſ. teſtātur, vtpote quem
Otho iamdiu anté dolo captum &
ad ſe adductum detinebat, nec à ſe
divelli patiebatur: ex quo contin-
gere potuit (ſi modó id verum ſit
quod à quibuſdā Germanicis ſcri-
ptoribus memoriæ proditū eſt) Regnum Burgundicū Germanico Imperio
tunc per Conrardū addictū fuiſſe. Quanquā alij id culpa Boſonis Cōrardi
ipſius fratris Arelatenſis Comitis, qui Arelatenſem Epiſcopū graui quadā
cōtumelia in pervigilijs Natalitijs affecerat, accidiſſe narrāt. de quo Petrus
à Natalibus & Nauclerus. Quód veró Vitikindus, Sigebertus & Abbas
Vrſperg. Burgundiam ab Othone Cæſare ſubactam & Imperio adiunctam
anno 945. notaruut, ad expeditionem quam ipſe hoc anno in Ducatum
Burgundiæ fecit referre malim: à qua vt illum Rex Ludouicus revocaret,
Petræ pontis arcem atq; ipſam Lothariugiam invaſit, donec Othone ad e-
ius defenſionem accurrente, induciæ inter illas ſequutæ ſunt.

DECRETO Sueſſionenſis Syno
di Epiſcopatus Remenſis Hugoni
Heriberti filio adiudicatur & cōfir-
matur. Quo tempore Rex Francus
Burgundiā petēs, Rorgariū Comi-
941 rem ſibi adverſantem ex improviſo 6
aggreſſus cepit, eúmq; pauló poſt
dimiſſum cum Hugone Nigro atq;
Giſleberto Comite quodam Burgundo in gratiā redire fecit. Sed cúm obſi
dione Lauduni ab Hugone Magno & Heriberto audita, ad illā ſoluendam
reverteretur, hoſtibus in caſtra eius impetū ex inſperato facientibus, in fœ-
dam fugā verſus eſt, adeo vt ægerrimé evaſerit. Nihilominus Laudunū ab
his capi non potuit. Quapropter cúm ſe Rex ad Carlum Conſtantinū Vien-
næ principem (à quo perhumaniter exceptus eſt) contuliſſet, ad eúmq; il-
lic Aquitani occurrerēt, Hugo & Heribertus interim accitis Vuillelmo Nor
manorum & Arnulfo Flandriæ principibus, de ſuis rebus conſilium cum il
lis inieruut, & inde Heribertum ad Othonem Cæſarem tranſmiſerunt vt
eum ſibi conſociarent.

GERLANDVS Senonenſis Epi-
ſcopus quód Vualoni Heriberti Co
mitis clienti qui Fromundū ſuóſq;
Comitatu Senonenſi exegerat ad
hæſiſſet, ab ipſo Fromundo, quē Hu 5
go Magnus eidem vrbi præfecerat,
viciſsim eijcitur.

REX concilians ſibi Aquitanis
Burgundiam repetit, quæ illi his
tem-

COLATIA Matiſlanenſis ſeu
Matiſconenſis Comes Albericū
quem

temporibus vnicum ſeſe perfugiũ
erat, cùm in reliqua Gallia nõ eſſet
vbi pedem conſiſtere poſſet. Qua-
942 propter legatio Romani Pontificis 7
acceſsit, quę ſub dirarum denuncia-
tione, Franciæ Burgundiæq́; principes ad obſequium hocce q́; Regis ſui redire compellebat. Quod ſic quamplurimos permouit, vt quibuſdam colloquiis de reconciliatione habitis, legationibúſque vltrò citróque commeantibus, Vuillelmus Normanorum princeps primus cum Rege in gratiam redierit. Cui cùm etiam Vuillelmus Pictauienſis Comes & Britones cum ſuis Principibus iam adeſſent, Hugo tandem & Heribertus ad pacis conſilia ſe adduci paſsi ſunt, cuius ipſemet rex Otho autor & interceſſor fuit, cùm ad eum in Lotharingiam rex Francus ipſíq; Principes ſe contuliſſent.

quem Narbonenſium Comitum familia extulerat, in coniugem duxit, qui Comitatu Matiſano accepto eidem præfuit. Bugnonius.

FRANCIAE quietem duorũ nobiliſsimorum potentiſsimorúmq; Procerum mors interrupit, Vuillelmi ſcilicet Normanorum principis, quem ad Pinciniacum in Somena inſula colloquij ſpecie euocatũ Arnulfus Flandriæ Comes dolo interemit, & Heriberti Veromandui Comitis, quem ad ſanum Quintum filij ſui ſepelierũt. Cùm enim Richardum Vuillelmi filium adhuc puerũ,
943 quem ex pellice Britanna ſuſcepe- 8
rat (quemadmodum Annales Remenſes habent) licet alij ex ſorore Bernardi Siluanectenſis Comitis malint, Normannorum Ducem rex pronunciaſſet, cúmq; ſuis ita ſalutandum colendúmq; dediſſet, plures ætate illius contemta, Termodo quodam Duce, cui Setricus rex (qui in Normanica hiſtoria cap. 30. dici videtur Suecus Daniæ regis filius, & domo à patre pulſus in Neuſtriam paulò ante perueniſſe) opitulabatur, à Chriſto ad Paganiſmum deficere, aliósque Ducémque ipſum in ſuam ſententiam vi adducere velle, & in Francos Regémque res nouas moliri cœperunt. Quapropter bello adverſus eos ſuſcepto, Hugo Francorum Comes eorũ conatibus occurrere coactus eſt, tandemq; acie congreſſus, victoriam non ignobilem de illis reportauit, non paucis tamen peditum ſuorum deſideratis, ex qua Eburonicam arcem, quam ſcriptores huius ſeculi Ebroas nuncupant, recepit. Eum verò paulò poſt Rex ſubſequutus, Rotomagum etiam ingreſſus eſt, & cum hoſtibus iterũ re prælio tentata Termodum cum Setrico peremit, cæteros autẽ fudit fugauitq;. Quapropter cùm bellum penitus confectum eſſe videretur, Compendium

ERLVINVS Monaſterioli Comes acie cum Arnulfo Flãdriæ principe cõgreſſus, victoria potitus eſt, cæſo eo cuius manu Vuillelmus Normanus antea perierat. Ob quod facinus cùm Arnulſus in regis offenſionem incurriſſet, Hugone Magno ſuas partes interponente in gratiam receptus eſt. Annal. Remenſ.

AIMARDVS III. Cluniacenſis cœnobij Abbas poſt Odonem, annis 11. Gerardus de Aruer.

Ragenarium Rodulfúmq; fratres Ludouici regis cliẽtes ſuis arcibus eiicit. Nec alibi res quietiores fuere, maximè in Epiſcopatu Remenſi. Ibi Regiis militibus & hoſtibus eorum, mutuis depopulationibus direptionibúſque inter ſe debacchantibus, donec Ludouico regi ſpes recuperandæ ex Normannis Neuſtriæ oſtentata, ne Hugonem ſibi in ea re adverſantem haberet, effecit vt in ſocietatem iſtius fortunæ illum aſciſceret dato illi Baiocarũ oppido, ſi illud vi ſibi acquirere poſſet. Quapropter ipſemet magno comitatus agmine, cum Arnulſo & Erluino, multiſq; Franciæ Burgundiæq; Præſulibus, in Neuſtriam profectus eſt: vbi cùm Arnulfus cuſtodes qui illi tranſitum limitum interdicere audebant fuſos in fugam conieciſſet, admiſſus eſt à Rotomagenſibus. Proinde Normannos Neuſtriæq; omnes incolas in ſuã poteſtatem redegiſſe viſus eſt, præter eos qui ſolum vertere, quàm ei parendo ſua priſtina libertate ſpoliari maluerunt. Cùm verò res illic penitùs ex ſententia Regi ſuccederet, Bernardi Siluanectenſis Comitis aſtu conſilióque (quò regem ab Hugonis ſocietate divelleret) Normanici ſcriptores factum tradunt, vt rex ab Hugone Baiocas (quas ille paulò antè ſuis propriis viribus expugnauerat) repetierit, ſibique reddere coëgerit: vnde odia quæ aliquantulum interquietura videbantur, grauiùs recruduerunt.

LVDOVICO adhuc in Neuſtria
degenti Carolus filius naſcitur. In-
terea Bernardus Siluanectenſis Co
945 10 mes, & Theobaldus Turonenſis co
gnomine Vetulus (à quo Comitũ
Campanorum familia oriri puta-
tur) cum Heriberti filio Montiniaci
caſtellum expugnarunt & euerterunt.
Deinde Compendium quod
Regiæ ſedis oppidum dicebatur, in
ſuas partes traxerunt. Ea de cauſa
Ludouicus rex collecto ex Normannis,
Flandríſque exercitu, cum
Arnulfo Erluino, Bernardo Dano atque Theoderico nepote ipſius (poſtquam agrum Veromenduum populatus eſſet) ad Remenſis ciuitatis obſidionem ſe convertit. A qua eum Hugo Dux, poſt Normãnos qui fines ſuos ſubire auſi erant fuſos fugatóſq;, oblatis quibuſdã conditionibus recedere fecit, ſecundum quas induciæ inter illos quorundam menſium ſubſequutæ ſunt, quibus licuit regi Neuſtriam, vt Normannos quos à ſe deficere audiebat in officio contineret, repetere. Sed Hagroldi cuiuſdã Daniæ regis patria ſua profugi filius dolo circumventus, cùm amicè ad eũ advenire putaretur, captus eſt, comitéſq; eius cæſi, in quibus Erluinus Comes: nec antè dimiſſus quàm Normãnis Duciq; illorum ſua iura libertatéq; reſtituiſſet, obſidéſq; etiam dediſſet. Verùm cùm ſe eorũ manus evaſiſſe putaret, Hugoni Magno,

HVGO Italiæ rex relicta Italia in
Provinciam ſe recepit, & benevolè
à ſuis excipitur, cùm interim Lotha
rius filius eius in Italia remaneret, 9
vt ibi æqua ſorte cum Berengario
ſecundo imperaret, vt Annales Remenſes
teſtantur. Anno autem ſequenti,
obiiſſe illum falſò videtur
Onufrius aſſeruiſſe: id quod etiam
affirmat Paradinus.

Remenſi ciuitate, Rex autem cum Arnulfo principe Monaſterioli obſidione (quod Rorgerius Erluini filius egregiè defendebat) ſua ſpe rurſus ambo fœdè exciderunt. Inde Rex ad Othonis Cæſaris colloquium, ad Carum in Lotharingiam profectus eſt. Hugo autem caſtris ſuis ad Moſomū & Duodeciacum locatis, Hugonis nepotis ſui & Artoldi Epiſcopi de Epiſcopatu Remenſi litē, iudicio ſynodi Virdunenſis diſcuti, ſed ſine effectu, paſſus eſt.

CVM nec decreto prioris Synodi, nec alterius quæ hoc anno ad Moſomum celebrata fuit, Hugo Heriberti filius ſtare vellet, nec vocatus in ius ſubire periculum litis

13 CONRARDVS Burgundiæ Iurenſis Rex, adhuc iſto tempore cum Othone Cæſare degebat.

in animum induceret: re ad Romanum Pontificem delata, eius & Othonis
Cæſaris autoritate, aliud concilium in vrbe Ingehelheim menſe Auguſto
habitum, quod indictionem vniuerſalis præferebant, quamvis Germanici
& Lotharingici tantùm Præſules convenerint, Marino Legato Pontificis
Præſide, cui etiam Otho cum Rege Franco adeſſe voluit, vt non ſolùm de
Epiſcopatus Remenſis controverſia, ſed etiam de tota ea quæ iandiu Regnum Gallicum inter Ludouicum Regem & Hugonem principem conturbabat, iſtius conventus iudicio ſtatueretur. Ob id ſuam cauſam graui oratione Rex ipſemet egit, acerbiſsimè conqueſtus de Hugone Principe & cæ-
948 teris hoſtibus ſuis, à quibus cùm vltrò ad Regni paterni faſtigium capeſ- 12
ſendum ex Anglia evocatus eſſet, nihilominus indignis modis ab eo tempore ſemper tractatus ſit, adeo vt dolis appetitus, captus & in cuſtodia detentus per annum fuerit: nec liberationem ſuam redimere niſi Laudunenſis arcis deditione, quæ ſola illi ex omnibus regiis ſuis ſedibus reliqua erat, potuerit. Sibi verò adeo immerenti iſtam calamitatem illatam, vt eam vel Cæſaris totiúſq; Synodi iudicio, vel periculo ſingularis certaminis diiudicandam ſe committere audere affirmarit. Ideo ſecundum eam expoſtulationem, poſtquā legibus Eccleſiaſticis cauſa Hugonis Heriberti filij omnino damnata fuiſſet, totius etiam concilij decreto dies ſolenniter moréque ſolito, Hugoni Principi ad cauſam dicendam, aut ad reſarcienda Regi iniurias ſignificata eſt. Id verò adeò parui facere viſus eſt, vt ſe ad cauſæ ſuæ armis propugnandæ, quàm verbis & conteſtatione, paratiorem eſſe intelligi voluerit, vnde alterius Synodi paulò pòſt in Treueris habitæ ſententia, piorum conſortio & communione cum ſuæ factionis hominibus amotus eſt. Et cùm paulò antè Cæſar copias Lotharingorum, quibus Conrardum Lotharingiæ Ducem præfecerat, ad Regem reducendum dediſſet, quarum ope Moſomi arcem deditione cepit & evertit, deinde etiam Montis acuti caſtrum à Theobaldo Comite conditum & munitum expugnauit, ac poſtremò Laudunenſem vrbem, ſed abſq; arce, recepit. Viciſsim autem Hugo educto ex ſuis Normanniſq; exercitu, Sueſsionum vrbem magna vi, ſed irrito conatu oppugnauit, & inde tentato etiam fruſtra Ranciaco (quod vnus ex Regiis Comitibus Ragenoldus ad Axonā extruebat) ad oppida Remenſis Eccleſiæ infeſtanda ſe convertit.

Ambia-

AMBIANI Epiſcopũ ſuũ Theobaldum exoſi, ſe Arnulfo Principi nomine regis Ludouici dediderũt: quo tẽpore Hugonis Principis milites Altmontem Epiſcopatus Re-

949 menſis caſtellum dolo intercepe- 14 13

runt, & ex eo in agros villáſq; eiuſdem Epiſcopatus prædas maleficiáq; agere cœperunt: ex quo Gerberga regina ad Othonem fratrem pro impetrando auxilio profecta eſt. Antequam autem quidquam obtinuiſſet, Rex adortus ex improviſo arcem Laudunenſem, Hugone Principe auxilio accurrẽte repulſus eſt. quod effecit eum procliuiorem ad inducias capeſſendas, quas Conrardus Lotharingiæ Dux ab Hugone principe obtinuit. Quibus exeuntibus arma repetita: Codiciacum & Altimontis caſtella ex hoſte ab Artaldo Præſule recepta: Laudunum ab Hugone Principe, Syluanectũ verò à Rege fruſtra tentata, agri vaſtati: tandem etiam legatis vltro citróq; cõmeantibus, Vuidone ſcilicet Autiſsiodorenſi & Anſegiſo Trecaſsino Præſulibus ad Regem: Ragenoldo verò Comite ad Hugonem: induciæ in proximum ver renouatæ ſunt. Quæ tamen minimè obſtiterunt, quò minus Agapitus Rom. Pontifex Hugonem diris obſtrictum pronunciaret, quouſq; Regi ſatisfeciſſet réſq; reddidiſſet.

BELLO ſeneſcente, Rex opem à Cæſare pro pace ab Hugone impetranda poſtulat. Ex quo miſſus ad Hugonem Conrardus Lotharingorum Dux obtinuit, vt Rex & Princeps ad Maternam fluuium convenirent. Ibi Duce ipſo Lotharingo, Hugone Nigro, Adalberone ac Eulberto Epiſcopis arbitris ac mediatoribus pax ſancita, nõ ſolùm cum Rege, ſed etiam cum Arnulfo principe, Artoldo Præſule, & Ragenol-

950 do Comite dextræ interiunctę. Lau- 15

dunenſis autem arx Regi reſtituta. Nihilominus paulò pòſt nouum à Theobaldo Comite Turonenſi incendium renatum: cùm Codiciacũ præſidiariorum proditione Artoldo Præſuli ademiſſet, nec regi enixè repoſcenti reddere voluiſſet.

LOTHARIVS Italiæ rex veneno petitus à iuniore Berengario, periit nullis relictis liberis, patre autem Hugone, vt ex Luitprando cõiectura aſſequimur, ſuperſtite: qui tradit, illum cùm moreretur, opum ditionúmq; ſuarum hæredem inſtituiſſe neptem ſuam nomine Bertham, viduam Boſonis Comitis Arelatenſis, quem ſuſpicati antea fuimus fuiſſe Conradi Iurenſis Burgundiæ regis fratrem, tametſi oportuiſſet il-

lum ante patrem obiiſſe. 14

VENEDOS eorúmque Regem Otho ſubegit.

REGI in Aquitaniam cum exercitu proficiſcenti (ſive quòd ab Hugonianis metueret, vel vt Principũ popu-

OTHO expeditione in Italiam ſuſcepta, Berengarium Ticino, totóq; Italiæ regno deiecit, & Adelehidem

populorúmque, quos iamdiu non
adierat, voluntates & obſequia exciperet,
aut eos ad officiũ cogeret)
Karlus Conſtantinus Viennæ Princeps
& Stephanus Aruernorũ Præ-
951 ſul officioſè ſe obtulerunt, deinde 16
etiam Vuillelmus Pictauienſis Comes
occurrit. Nihil aliud tamen tota
hac profectione feciſſe traditur,
cùm valetudine recuperata (quam
adverſam in Aquitania expertus
fuerat) feſtinanter Franciam repetierit,
vt Friderici Moſellanici Du-

ſidem Lotharij regis viduam, Conrardi autem Iurenſis regis ſororem ſibi coniugem effecit.

OTHONE abſente multi Lotharingorum res nouas adverſus Conrardum Ducem moliuntur. Ea de 15
cauſa Ragnero Comiti Montenſi bellum indixit, quædámque caſtella ademit.

cis (qui deſponſata ſibi Beatrice Hugonis Principis filia, arcem quandam in ſui Regni finibus ſe inconſulto cõdiderat, & ex ea Francis vicinis infeſta omnia efficiebat) conatus, conſiliáque diſturbaret: adeo vt ea de re expoſtulatum ad Cæſarem miſerit: ad quem etiam Hugo feriis Paſchalibus profectus, gratiam eius præoccupaſſe viſus eſt. Reverſus autem regis & Arnulfi Flandriæ Principis colloquio adeſſe noluit, quòd Monaſteriolum, & aliam quandam turrim Rotgario Erlinij filio ademtã ægreferret: ſed cùm ſe ad eas vi recuperandas accingeret, induciis à Rege oblatis revocatus eſt. Interea Ottogeba Regis mater Heriberto Heriberti filio inconſulto inuitóq; Rege nupſit, dotiſq; ſuæ conſtitutionem amiſit.

HVGO accitis ad ſe Conrardo
Duce & Lotharingorũ copiis, Maroilum
caſtellum ad Matronam ſitum,
quod Ragenoldus Comes cũ
952 Artoldi militibus egregiè defende- 17
bat, longa obſidione cepit & evertit.
Illud tamẽ paulò pòſt Rex in in-

BERENGARIVS in fidẽ Othonis Cæſaris receptus, Regnum Italicum recuperat. 16

tegrum reſtituit, & maiore præſidio muniuit. Deinde vt irruptiones præſidiariorum quas è Victoriaco caſtello in ſuos faciebant cohiberet, arcem aliam ex oppoſito illi ſtatuit, eámq; cuſtodiæ Odalrici cuiuſdam Burgundi Abbatis demandauit.

ANIMIS omnium bellorum diuturnitate feſsis, cùm Hugo de pace
vltro verba feciſſet, Rege illam cupidiſsimè
amplexante, apud Sueſſiones
tandẽ ieiuniis quadrageſimalibus
ſancita eſt: ea conditione,
vt arx ex oppoſito Victoriaci nuper
condita dirueretur.
953 ALBERICVS Matiſconenſis Co- 18
mes

LVIDVLFVS filiorum Othonis natu maior, iniquè ſecum agi ratus
quòd ad Imperij ſpem ſibi minorẽ
natu fratrem pater præferre vellet,
à patre in Germania defecit. Cùm
verò Conrardus Lotharingiæ Dux
filij cauſſam ex profeſſo tueri ſe o-
ſtenderet, nõ ſolùm Germania, ſed
etiam Lotharingia tota bellorum 17

mes moriens Comitatum ſuum Leotaldo filio ſuo reliquit,cui Albericus & Vualterus fratres fuerunt. Lætaldi autem Burgundiæ Comitis cuiuſdam mentio in Annal. Remenſ.ſub an. 951.

ciuilium motibus quati cœpit. Ragenarius enim Conrardo iã aliunde infenſus, cùm ſe illi opponeret, oppidum quoddam illius munitiſſimum obſidere cœpit. Quod vt obſidione eximeret, Conrardus cũ quantis potuit copiis accurrit: victus tamen fugatúſq;,multis vtrinque peremtis,ex fuga ſe Mogontiacum recipit, vbi etiam paulò pòſt ab Othone Imperatore obſeſſus,fidem obſidéſque dare coactus eſt. Quibus nihilominus ſpretis,audita Imperatoris in Baioariam profectione, Metenſem ciuitatem inopinato impetu aggreſſus cepit & diripuit. Quapropter Brunonem fratrem Colonienſem Præſulem Lotharingiæ in locum Conrardi præfecit Otho.

LVDOVICVS cognomento Transmarinus longo morbo confectus,menſe Septembri, aut iuxta alios 12. die Nouembris deceſsit, Remis ſepultus. Vbi etiam Lotharius filius eius,ætatis prærogatiua, in maximo cõuentu,videlicet Brunonis Lotharingiæ Ducis & Hugonis Principis,aliorúmq; Frãciç, Bur-
954 gundiæ atq; Aquitaniæ procerum Præſulúmq;, ab Artoldo Remenſ. Pontif. invnctus coronatúſque eſt prid.id.Nouemb. licet ab armis nõ omnino quietæ res eo tempore in Gallia fuerint.Heribertus enim Comes Ranciacũ caſtellũ Ragenaldo Comiti fraude ademerat, ille verò viciſsim Heriberto Montis Felicis arcem eadem arte eripuit: nec vlla vi, niſi reſtituto ſibi Ranciaco, vt redderet adduci potuit. Interim Burgundiam Aquitaniámque Hugoni Principi à Rege datam,diſertè teſta-

HVNGARI à Chonrardo Duce exciti magno agmine in Lotharingiam irruperunt: vaſtatiſq; & populatis ditionibus Ragenarij Comitis æmuli ſui & Brunonis Ducis,in Veromanduorũ, Laudunenſium, Remenſium & Catalanenſium agros, poſtremò etiam in Burgundiã procellam ſuam effuderunt. Tandem
19 tamen multis ſuorum præliis mor- 18
bíſq; abſumtis, per Italiam in ſuas ſedes redierunt.

ALBERICO Romano Patricio mortuo,Octauianus filius eius Romæ principatum adeptus eſt, & poſtea Agapito è viuis ſublato Pontificatum.

teſtatum in Annalibus Remenſibus habemus. Sed cum Burgundia iam ei à Rege Ludouico antè data fuiſſet, poſtrema hæc donatio prioris confirmatio ſive renouatio videri poteſt, mortuo videlicet, quod credibile eſt, Hugone Nigro: iam enim mentio eius fieri deſierat in iiſdem Annalibus, ab anno 950. Quanquam nec ei Ducatum Burgundiæ à Rege vnquam attributum fuiſſe, ſed ditiones ſuas in Burgundia habuiſſe tantùm explicant. Cùm verò perſpicuè etiam doceant, nullum vnquam Gisleberti nomine extitiſſe, qui poſt obitum Rodulfi Regis, Ducatus Burgundiæ titulum geſſerit: ipſum autem Ducatum ad Hugonis Magni liberos mero tãtùm Regis beneficio tranſiiſſe, temerè ab Aimoino cæteriſq; traditũ eſt, Othonem ipſius Hugonis Magni filium, in Burgundiæ Ducatu Gisleberti ſoceri ſui ſucceſſorem fuiſſe: ex quo ab Odoranno Burgundiæ Comes tantùm appellatus eſt. An verò Hugonis Nigri frater aut filius (vtriuſque enim ſententię autores non deſunt) fuerit aut ſaltem gener, non auſim liquidò aſſerere, cùm celebre fuerit hoc ſeculo cuiuſdam Gisleberti Manaſsis non minimę autoritatis in Burgundia Comitis (quem etiam Auguſtodunenſi Comitatui præfuiſſe quibuſdam indiciis aſſequor) nomen, tum in Annalibus Remẽſibus, tum in monimentis Eccleſiæ D. Benigni Diuionenſis, qui cùm fortè filiam aut ſororem Hugonis Nigri duxiſſet, frater illius dictus ſit: vnde hæres ſucceſſórque earum poſſeſsionum, quas ille ex patris hæreditate in Burgundia obtinuerat, eſſe potuit. Vtcunq; ſit, Hugonis Nigri annos ab hoc anno enumerare definimus, quanvis obitus illius tempus à nullo obſeruatum adhuc habeamus. Extant autem plurimæ tabulæ & diplomata Regni Lotarij primordia nobiſcum eodem anno ſtatuentia.

IN Aimardi 3. Cluniacenſis cœnobij Abbat. 3. Non. Octob. mortui locum Marolus ſuffectus eſt, quem præfuiſſe aiunt an. 40.

955 | 1 | 19

LOTHARIVS cum matre Regina apparatiſsimè, magnificentiſsiméque & amanter feriis Paſchalibus Lutetiæ ab Hugone Principe exceptus, ſe in Aquitaniam paulò poſt ab eo deduci cum exercitu paſſus eſt, vt ſua autoritate moti Aquitani, Hugonis dominium minùs obſtinatè refugerent. Sed ſe ad ſuæ cauſæ defenſionem Vuillelmus Aquitaniæ Dux ita iam comparauerat, vt Pictauorum ciuitas nec Hugonem Principem, nec Regem ipſum admittere voluerit, nec vt ſe dederet, vlla vi diuturnitateq; obſidionis adduci potuerit. Ex quo cùm exercitus obſidentium commeatus penuria iamdudum laborare cœpiſſet, obſidione tandem recedere neceſſe fuit, cùm fœda cœli procella (vt Aimoinus autor eſt) diſcedendi etiam neceſsitatem ex inſperato acceleraſſet: ſed cùm Vuillelmus collectis ſuis copiis Regias acies à tergo inſequi premereq; auderet, tanto impetu ſeſe in eum converterunt, vt multis ſuorum cæſis captiſq; in turpem fugam coniectus ſit: nihilq; aliud memo

O ij rabi-

rabilius tota hac expeditione geſtum, quam Hiſtorici omnes recentiores malè in Regis Tranſmarini tempora retulerunt.

956 HVGO qui ob res à ſe præclarè fortiterq; geſtas Magni cognomen adeptus eſt, Francorum atq; etiam Burgundionum (ſi Annal. Remenſibus credamus) Dux 16. cal. Iulias | 2 | | 20

extremum ſuum diem conſecutus eſt, quatuor ſuperſtitibus liberis, Hugone qui Capeti cognomēto celebris fuit, Othone, Odone & Henrico. E quibus Otho Ducatum Burgundiæ ex ſucceſsione patris obtinuit: ſed illius inveſtituram à Rege poſtea accepit. Quanquam Aimoinus cæterique rerum Burgundicarum ſcriptores Gisleberto ſocero ſuo (quem etiam eodem anno obiiſſe Odorannus teſtis eſt) in eodem Ducatu ſucceſsiſſe velint. Ex quo ſaltē conſtabit iure vxoris ſuæ Leudegardis in Comitatus ditionúmq; earum quibus Gislebertus viuens potiebatur perveniſſe. Qui etiam aliam filiam nomine Vuerram reliquiſſe traditur, quæ Roberto Comiti Trecenſi Heriberti filio nupſerat.

957 LOTHARIO Rege in ſuperiorē Burgundiam profecto, diſsidij ſeminaria exorta ſunt inter Balduinum Arnulfi Flandriæ principis filium & Rotgarium Erluini filium, ob caſtellum Ambianum, quod vterq; ſibi vēdicabat. Eodem autem tempore Robertus Heriberti filius Trecarū Comes, ſe hominem clien | 3 | RAGINERIVS Montenſis Comes cùm Brunoni Duci dicto minùs audiens eſſet, ab ipſo tandem comprehenſus, & in cuſtodiam aliquandiu traditus, poſtremò in exilium relegatus eſt: filij verò illius ad Lotharium Regem confugerunt. | 21

témque Lotharij Regis profeſſus eſt. Inde verò Rex ad Brunonem auunculum ſuum adverſus Raginerium Comitem proficiſcentem, in agrum Cameracenſem ſe contulit.

958 CVM Codiacum præſidiariorū incuria Theobaldo Carnutum Comiti à militibus Artaldi Præſulis furto ereptū eſſet, dolore iſtius iniuriæ ſuccenſus, prædis populationibúſque ſæuire in agrum Laudu- | 4 | | 22

nenſem & Sueſsionum auſus eſt, & munitionem quæ Fara dicebatur, proditione ſibi traditam retinere. Sed cùm eam Laudunenſis Epiſcopus recuperare cōtenderet, Rege partes ſuas interponente, ſuadentibus autem Roberto Heribertóq; fratribus, reddita eſt. Paulò pòſt autem Bruno rebus in Lotharingia compoſitis, cum Lotharingorum copiis peragrata Francia, in Burgundiam ad ſorores nepotéſq; ſuos profectus eſt.

LOTHARIVS receptis ad ſe quibuſdam Burgundiæ caſtellis, cum Hu- | LOTHARINGIA à Brunone defecit: quapropter ei Fridericum quen-

5 quendam Comitem præfecit. 23

959 Hugonis liberis cognatis ſuis diſſidere cœpit. Ea de cauſa Bruno in Franciam rediit: eámq; controverſiam apud Compendium ſua autoritate compoſuiſſe viſus eſt. Nihilominus pauló póſt Robertus Trecenſis Comes Diuionenſe caſtrum, eiecto Regio præſidio, occupare auſus eſt. Quod effecit vt Bruno, qui tutoris nepotum ſuorum partes agere videbatur, Regis Reginæq; matris vocatu, Franciam cum Lotharingorum Saxonúmq; exercitu repetierit, idémq; caſtellum vi receperit & Regi reddiderit. Sed cùm Trecenſis vrbis obſidionem etiam inſtigante Anſegiſo Epiſcopo aggreſſus eſſet, fuſo eius exercitu (vt Aimoinus cap.3. lib.5. autor eſt) à Rainardo Vetulo Senonenſium Comite re infecta receſſit.

960 6 24

DIVIONENSE caſtellum, filij cuiuſdam Comitis Odelrici proditione, Robertus rurſus occupat. Occupatum autem Brunonis viribus iterum perdidit, proditórque proditionis ſuæ pœnas luit. Inde Bruno, vt omnium controverſiarum inter ſuos nepotes ſeminaria tolleret, Hugonem Othonémq; Hugonis Principis filios ſua autoritate ad Regem adduxit, effecitq; vt fidelitatis ſacramento ab illis accepto, Hugonem Capetum maiorem natu Frãcorum Ducem Rex pronunciarit, eiq; ad domeſticæ pacis certiorem ſanctiorémque fidem, Pictonum Comitatum etiam tribuerit, Othoni autem fratri eius Burgundiæ Ducatum in fidem perpetuam conceſſerit, retentis ſuo dominio quibuſdam ex eo vt videtur caſtellis, in quibus Diuionenſe fuit.

BRVNO relicta Francia ad Lotharingorum motus adverſus ſe compeſcendos profectus eſt.

RICHARDVS Normannorum Dux ſororem Hugonis Capeti duxit in vxorem: quamvis Normannici ſcriptores id Hugone Magno viuente contigiſſe volunt.

961 7 25

CONVENTV Principum Præſulúmque Francorum Sueſsionibus à Rege indicto, cùm Otho Burgundiæ Dux ad illum ſe contuliſſet, Richardus autem Normannorum princeps in itinere eſſet, admonitus, expertúſque eſt conſilia in ſuam perniciem illic agitata eſſe, quorum eventum fuga ſua evaſit. Rex autem conventu dimiſſo, in Burgundiam cum Regina matre & quibuſdam Proceribus profectus eſt, vbi Aquitaniæ Primates Præſuléſque eum adierunt.

ARTOLDVS Remenſis Archiepiſcopus obiit prid. cal. Octob.

962 8 26

REX conſilio Brunonis auunculi nullis precibus adduci potuit, vt Archiepiſcopatũ Remenſem Hugoni, qui ex eo antè eiectus fuerat, reſtitueret. In Flandriam autẽ pauló póſt profectus, Arnulfum Principem cum Onomo (ſic enim mendoſé, vt puto, Annales Remenſes habent) nepote ſuo in gratiam redire fe-

OTHO primus Germanicæ gentis Imperator Romæ à Iohãne Pontifice coronatus eſt.

ODELRICVS Hugonis cuiuſdam Comitis filius Remenſis Eccleſiæ fit Præſul.

cit, cui infenſus erat ob fratrem eius, quem infidelitatis erga ſe conuictum neci adiudicauerat. Qua etiam de cauſa Regem Comitatus ſui hæredẽ inſtituit, aut de eo per obitum ſuum ſtatuendi omnem poteſtatem reliquit: ſi iſtud ſit, quod Annales ijdem Remenſes ſcribunt, Flandrum omnem terram ſuam in manu Regis dediſſe, ita tamen vt ipſe in vita ſua inde honoratus exiſteret. quod tamen Flandrici ſcriptores omninò tacuerunt. Interim Theobaldus Carnutum Turonenſiúmque Comes, ſimultatem cum Normannorum principe gerens, Regis autem ope ſubnixus bellum illi indixit, inconſulto & ægreferente Hugone Duce principe ſuo (huius ſeculi ſcriptores Seniorem dicebant) cuius cliens erat. Ea de cauſa acie cum Normanis ad Hermenicum congreſſus, cùm victus turpiter fugatúſque fuiſſet, ad illum ſe recipere minimè auſus eſt, Regem tamen Reginámque matrem propitiores habuit. Huius verò belli Annal. Gallici meminiſſe vidẽtur, tametſi anno 967. aſcribant.

963 | 9 | 27

CATALAVNENSIS vrbs Gibuino Epiſcopo ex ea egreſſo (qui inter alios maximè obſtiterat quò minus Hugoni Epiſcopatus Remenſis reſtitueretur) ab Heriberto & Roberto Comite Trecenſi obſidione capitur, & incendio crematur.

964 | 10 | 28

THEOBALDO Carnutum Comiti, quẽ pro Vetulo Veteratorem aut Veteratum cognominatũ fuiſſe D. Pithœus me admonuit (licet vetuſtiſsimi & ante 300. annos ſcripti codices Vetuli vocabulum vbique retineant) aqua & igni à Pontifice Remenſi interdictum, quòd Codiciacum aliáque eiuſdem Eccleſiæ oppida villáſque pertinaciter retineret. Quo exemplo permotus Heribertus Comes, Sparnacum reddidit, & aliorum reddendorum ſpem fecit. Cæterùm hunc Theobaldum ſeu Tetbaldum Annales Rem. hoc loco Procerem vocant, cùm antea Hugonis Capeti clientem fuiſſe dixiſſent. Indicium autem eſt, illum iam tũc ditiones non paucas in Campania obtinuiſſe, ſibíque iam ab eo tempore viam ad Patriciatum, quem poſteri eius adepti ſunt, parare incepiſſe.

OTHO Burgundiæ Dux adhuc adoleſcẽs obiit, antequam prolem aliquam ex Leudegarde vxore ſua Gisleberti filia ſuſcepiſſet. Quapropter cùm Ducatus Burgundiæ ad Henricum fratrem eius tranſierit, indicium eſt alio iure quàm vxoris ſuæ ipſum poſſediſſe. Ea de cauſa in Annalibus Remẽſibus iiſdem verbis legimus, Othonem Hugonis

AD Othonem Imperatorem ex Italia in Germaniam reverſum, cõcurſus magnus ferè totius orbis factus eſt. Siquidem è Francia Francus Rex cum fratre Carolo matréque Gerberga, Hugo Francorum Dux cùm matre Auida, vtraque Cæſaris ſorore, affuere. Nec vnquam (inquit Aemilius) Francicũ nomen Germanico illuſtrius viſum. Eodem autem

nis filium qui Burgundiæ præerat
hoc anno obiiſſe, &. Rectores eiuſ-
dem ad Hugonem &Oddonem cle
ricum fratres ipſius ſeſe cõvertiſſe.
965 Addit autem Odorannus, vt ex D. 1
Pithœo didici (autor enim eſt mihi
adhuc nõ viſus) viduam ipſius Ro
dulfo poſtea Diuionenſi nupſiſſe,
& ex eo Pipinum ſuſcepiſſe. quan-
quam illorũ nulla ſit penitùs men-
tio in Commentariis cœnobij Be-
nign. Diuionenſis. Hinc etiam intel
ligimus Paradinum non rectè ſta-
tuiſſe obitũ ipſius Othonis an. 976.
ſoceri verò eius Gisleberti 964.

Leothaldvs Matiſconenſis
Comes fato concedens, Othonem
& Albericum filios reliquit. quorũ
Otho maior natu Comitatus inſi-
gnia Matiſſani aſſumpſit, Bugno-
nius.

Lotharivs Rex vxorem hoc
anno duxit, filiam cuiuſdam Regis
quondam Italici, neſcio an Lotha-
rij vel Hugonis, ſed quam Annales
966 Remenſes deprauato, vt mihi vi-
detur, codice Emmam, appendix
Reginonis Henimam nominat. In
quo etiam anno narrandi finem fa
ciunt, quo illarum autor 73. ætatis
ſuæ annum attigiſſe affirmat.

967

968

Othone Matiſconenſi Comi-
te morte ſublato, Albericus frater
eius

autẽ anno Arnulfum Flandriæ prin
cipem obiiſſe Annal. Remenſ. te-
ſtãtur, qui anteà totius ditionis ſuæ
Regem hæredem poſt obitum ſuũ
inſtituerat. Quod effecit vt Rex ſta 29
tim ab eius obitu ſe in Flandriam
cõtulerit, & à proceribus ipſius ob-
ſequij fidelitatiſq; ſacramentũ (ma
ximè Roriconis Laudunenſis Epi-
ſcopi opera) exegerit. Addunt Sige
bertus & Meierus non abſq; vi id
obtinuiſſe, ſibiq; etiam Attrebates,
Morinos, Duacum Bononiámq; &
alia quamplurima, quæ antea Ar-
nulfus occupauerat, vindicaſſe, at-
que etiam Flandriam grauiter affli
xiſſe. Interim Theobaldus Comes
pertinacia depoſita, Codiciacum
Præſuli Remenſi vltrò reſtituit:
at illud filio eius (quem Othonem
ſive Odonem fuiſſe coniicio, cui
Campani cognomen fuit) reddi-
tum.

2 30

Mathildis Lotharij Franciæ
3 regis ſoror Chonrardo Burgundię 31
Iurenſis regi nupſit, eiúſq; nomine
Lugdunenſem ciuitatem cum fini-
bus illi attributis à rege fratre obti
4 nuit. Ex illa verò Rodulfum poſtre 32
mum Burgundiæ regem ſuſcepit,
vt conſtat ex Chronico Diuionenſi:
ſed quo anno iſtud contigerit, mini
mè traditum. Cæterùm non abſque
errore

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni Regum Burgund.
969	eius Comitatus inſignia aſſumit, filium Leothaldum Bertæ matris aſſenſu Comitatus conſortem efficiens. Bugnonius.	5	errore Onufrius Mathildem illam Lotharij Franciæ, Lazius autem Rotharij Italiæ regis filiā, & pro Chonrardo Burgundiæ regi nupſiſſe dixerunt.	33
970	LAMBERTVS Hugonis filius patri defuncto in Comitatum Balgiacenſem ſucceſsit.	6		34
971		7		35
972		8		36
973	MORTVO Othone primo Auguſto, ſucceſſoréq; eius filio Othone ſecundo, Raginerius ac Lambertus Raginerij Montenſium Comitis filij, auxilio Regis Lotharij, Vuarnerium & Ranoldum hoſtes paternos ad Peronam atroci pugna commiſſa occidunt: recuperatiſque opibus paternis, ad fluuium Axonam Buxide caſtello cōmunito Lotharingiam Othonianis infeſtam fecerunt. Sigeb. Aemil.	9		37
974		10	OTHO Imperator ingenti coacto exercitu, Buxidem caſtellū per Arnulfum Flandriæ & Godofredū Virduni Comites expugnat & ſolo adæquat, totúmq; Comitatū Montenſem hi in poteſtatem Imperatoris reduxerunt.	38
975	RAGINERII filij auxilio & affinitate Francorum ſubnixi (Ragineri quippe Hanida Hugonis Caperi filia, Lamberto verò Gerbergi Caroli Lotharij regis fratris * * collocatæ fuerūt) cum Arnulfo & Godofrido ancipiti pugna ad Caſtrolocum conflixerunt.	11	ALBERICO Comite Maniſconenſi defuncto, Leotaldus filius eius ſolus Comitatu potitur.	39
976		12		40
977		13	CAROLO Lotharij regis fratri ex Francia euocato, Lotharingiæ Ducatum Otho tradit, vt is beneficiarius Cæſarum effectus, fratrem Regem Francóſque minùs reſpiceret.	41
978	LOTHARIVS recuperandæ Lotharingiæ cupiditate incenſus, tanta celeritate copias coēgit & in Lotharingiam traduxit, vt Aquiſgrani iuue-	14	MONTISFERRATI Marchionū origo, in Aleramo Saxoniæ Ducis filio & Aliſia Othonis II. Imper. filia his temporibus emergit. Lam-	42

Anni Christi.		*Anni Ducum Burgund.*		*Anni Regum Burgund.*
979	iuuenem Cæſarem nihil minus expectantem propè oppreſſerit. Quã ignominiam vt elueret, delectu habito Lutetiam infeſtis ſignis peruenit: eruptione autem ciuium præſidiiq; nobiliſsimos fortiſsimóſque ſuorum deſiderauit. In reditu quoque maiorem numerum cum vniuerſis impedimentis amiſit. Sigeb. P.Aemil.	15	LAMBERTO Balgiaci Comiti mortuo Hugo filius eius in eundẽ Comitatum ſuccedit.	43
980	REX cum Cæſare ad colloquiũ congreſſus Lotharingiam ſuperiorem omninò ei remiſit: ſed Carolus frater in poſſeſsione inferioris ſub titulo Ducatus remanſit, Franciæ proceribus id admodum indignè & grauiter ferentibus.	16	BRVNO Lotharij regis conſanguineus, eius vtpote ex ſorore nepos, autoritate Epiſcopatui Lingonenſi pręfectus eſt, anno ipſius Regis 25. Indictione 8. Chriſti 980. vt in monumẽtis cœnobij Benigniani memoriæ proditum eſt. Is tamen poſtea in Synodo Remenſi Arnulfi Remenſis præſulis condẽnationi calculũ ſuum addidit: imò verò nullus illum acriùs impugnauit.	44
981		17		45
982		18		46
983		19	OTHONI ſecundo Imperatori mortuo Otho tertius filius ſucceſſit.	47
984	LOTHARIVS noui Cæſaris ætate contemta, Lotharingicum bellũ repetit, & Viridunum eiúſq; oppidi Comitem Godofredum capit.	20		48
985	LOTHARIVS XXXIIII. Frãcorum rex, veneno (vt quidam ſcripſerunt) ab vxore ſublatus, menſe Septẽbri interiit, vnico filio ſuperſtite Ludouico, qui Nihil feciſſe dictus eſt, eo quòd vix ſexquiannũ in dominãdo expleuerit: fuitq; cùm prolem nullam omninò reliquerit vltimus ex Caroli Magni agnatione q̃ Regium nomen apud Francos geſſit. Enor. Eſt in Aimoino, vbi Lotharius ſenex & plenus dierum anno DCCCCLXXVI. obiiſſe: filius verò DCC-	21	CAESARI Comes Virdunenſis, & Comiti Virdunum à Lothario rege reſtitutum.	49

985 DCCCCLXXXV. poſtquam annũ 22 50
IX. Regni ſui attigiſſet, ſcribitur, qui
omnium vetuſtiſsimorum autorũ
teſtimonio refutatur.

LVDOVICO immatura morte
ſublato, cùm ſucceſsio eius ad Ca-
rolum Lotharingiæ Ducem inſti-
tuto gentis ſpectaret, nihilominus 23 51
987 Hugo cognomine Capetus, Hugo-
nis Magni Frãcorum Ducis filius,
quòd (vt inquit Odorãnus) Regis
defuncti teſtamento ad Regni hæ-
reditatẽ ſucceſsionémq; inſtitutum
ſe prętenderet, Carolum autem qui
ſe Germanis omnino addixerat, 24
Franciçę nobilitati minimè gratum
eſſe ſciret, ei verò peculiariter infen
ſus eſſet propter filiã Herberti Tre-
carum Comitis, quam, vt ſcribit Aimoinus, acceperat, ſtatim ſe Regem ſa-
lutari Nouioduni Procerum militúmque ſtudio curauit, coactíſque copiis
Carolo ad Regni iura capeſſenda adveniẽti ſeſe oppoſuit. Sunt qui pugna
commiſſa prope Laudunum copias eius profligaſſe tradunt, ſed ex Sigeber
to & vetuſtiſsimo manúq; ſcripto Chronico compertum habemus, Caro-
lum ſuo adventu Laudunenſem vrbem cepiſſe, mox ab Hugone in ea ob-
988 ſeſſum fuiſſe, obſeſſos autem ſecundo obſidionis menſe tanto impetu in 52
Hugonianos erupiſſe, vt non ſolùm eos ingenti edita cæde fuderint fuga-
rintque, Hugonémque ipſum penè oppreſſerint, ſed etiam Carolus eductis
inde copiis Montem acutum expugnatum ierit, deinde Sueſsiones deva-
ſtando accenderit, & ex Remis etiam ingentem prædam Laudunum retu-
lerit, vnde rurſus egreſſus ad Remenſem ciuitatem oppugnandam redie-
rit, qua expugnata Archiepiſcopum in ea inventum, quem Hugo ibi præfe-
cerat, & quoſdam alios primates Laudunum relegarit. Ex quo cùm Hugo
ſe Carolum armis poſſe amplius debellare diffideret, cũ Adalberone, non
aũt Aſcelino ſive Anſelmo Laudunenſi Epiſcopo ita tranſegit, vt eius pro-
ditione nocte quadam Laudunum intromiſſus fuerit, vbi comprehenſum
Carolum in cuſtodiam Aurelianum cum vxore & filiis miſit: id quod belli
cum eo ſuſcepti pro Regni iure finis fuit. Quadriennio autem geſtum fuiſ-
ſe eorundem autorum ſcripto memoriæ traditum eſt. Ideò à nonnullis Re-
gnum Hugonis ab anno tantùm 991. vel 992. ordiri ſcio: ſed ex probatiori-
bus autoribus, maximè verò ex Aimoini quodam manu ſcripto codice, con
ſtat Hugonem Remis fuiſſe 5. nonas Iulij cõſecratum & inductum an. 987.
Et cùm neq; diademate neq; Regiis inſignibus vſus eſſet, Robertum maio-
rem natu filiorum ſuorum Regem ſibi cooptatum initio anni ſequentis,
nem-

nempe vt in quibuſdam fide dignis monumentis reperitur, calendis Ianuarij, Aureliani ſacrandum coronandúmque curaſſe. Ea de cauſa ex antiquis tabulis & diplomatibus compertum eſt, annos Regni ipſius Roberti enumerari conſueuiſſe ab anno 988. Extant enim talia in Cœnobio Benigniano, vnum ſcilicet inſcriptum ad annum 1006. Indict. 4. Regni Roberti 19. Francone Cancellario ſacri Palatij ſubſcribente: Aliud verò ex 8. cal. Febru. anno 1015. Indict. 13. Epacta 17. Regni 28. Balduino ſacri Palatij Apocriſario ſubſcribente. In hunc itaq; modum tertium ſtemma in Regio ſolio apud Francos collocatum eſt: tametſi maternũ genus à Carolo Magno duceret.

989 MONS acutus à Carolo Duce expugnatus & Remi pervaſtati. Sigebert. 25 53

990 REMORVM ciuitas Arnulfo Præſule Lotharij Regis naturali filio eam prodente, à Carolo Patruo eius Duce capta & direpta. Ex quo Syluanectenſis Synodus coacta, in qua nihil dum adverſus Arnulfum, ſed ipſos tantummodo, quos proditionis fuiſſe conſcios liquidò conſtabat, nominatim ſtatutum, cùm adhuc eo tempore Arnulfus ſe vt captiuum ab hoſte detineri vellet videri. Pudebat nempe illum fidei, quam Hugoni Regi antè dederat, violatæ. Nihilominus cùm ea de re Rex paulò pòſt literis apud Iohannem Ro. Pontificem conquereretur, nõ magnopere illum permouiſſe viſus eſt, quòd Heriberti Trecarum Comitis muneribus ſe iam præoccupari paſſus fuiſſet.

26 CHONRARDVS Iurenſis Burgundiæ ſive Ciſalpinæ Galliæ. Rex obiit, vnico filio quem ex Mathil- 54
de coniuge ſuſceperat (quæ Lotarij Franciæ Regis ſoror fuerat) ſuperſtite, nomine Rodulfo, cui Herman nus Contractus Ignaui cognomen aſcribit, qui Regum Iurenſium po- 27 ſtremus fuiſſe, ſeriémque clauſiſſe 1 viſus eſt. Falluntur, qui Boſonis cuiuſdam Arelatenſis Regis filiũ fuiſſe dixerunt, & Lazius qui Conrardi fratrẽ, Rodulfi autem Regis ſan-

991 BELLVM quod magnis odiis inter Carolũ & Hugonem pro Regni Gallici controverſia quadriennio iam gerebatur, ſub huius anni finem aut ſequentis initium confectum fuiſſe, quæ in Synodo Remenſi contigerunt, teſtantur, ſive mortuo Carolo (quod Sigebertus & Abbas Vrſpergenſis innuũt, qui tamẽ de eius captione nihil quidquã commemorant, adeò vt per eos videri poſſit fato illius litem de Regni iure concidiſſe) ſive capto Anſelini, aut Anſelmi Epiſcopi Laudunenſis proditione (vt alij ſcripſerunt) cùm tamen Adalberonem, qui Epiſcopatum Laudunenſem eo tempore exercuit, vocitatum fuiſſe conſtet. Epiſtola verò quam ad Iohannem Rom. Pontificem Hugo rex ſeptimo vel octauo huius anni menſe dediſſe videtur, præclarè fidem facit Carolum nec adhuc eo tempore mortuum, nec captum fuiſſe, quandoquidem Arnulfus, de cuius perfidia conquerebatur, verè vel ſimulatè adhuc ab eo detineretur. Ergo

niſi Sigeberto abroganda fides, non potuit Carolus binam illam (quam dixerunt) ſobolem in carcere Aurelianenſi ante obitum ſuum ſuſtuliſſe ex Anna aut Agnete Heriberti Trecarum Comitis filia.

BELLO prorſus confecto & Re-
menſi vrbe Laudunóque recupera-
tis, Synodus Remis hoc anno, Indi-
ctione 4. anno Othonis Auguſti 9.
regis Hugonis 4. aut 5. ipſius auto-
992 ritate coacta eſt: cuius decreto Ar-
nulfus Remorum Præſul damnatus
& abdicare coactus eſt, eo tantùm
nomine quòd vrbem hoſti prodi-
diſſet, fidémq; quã Regi iureiuran-
do & chirographo obſignatam de-
diſſet, ſuomet teſtimonio temeraſſe
cõvinceretur. Quæ verò Aimoinus
addit, omninò vana eſſe id oſtẽdit,
quòd Rex ipſemet Arnulfum Pon-
tificatui Remenſi præfeciſſet, nec ini-
quiore animo eſſet erga Brunonẽ

cti filium contendit, cùm ab ipſo
Cõtracto & in Chronico Benignia-
no Conrardi & Mathildis filius di-
ſertè vocetur: nec deſint vetuſtatis
fide digna teſtimonia, quibus id cõ-
28 probari poſsit. Cæterùm ab anno 2
990. vel 991. regnum eius auſpicari
iuxta veterum tabularum & diplo-
matũ fidem, potius quàm ad 994.
cum Hermãnno Contracto malui-
mus: extant enim quædam tabulæ
in cœnobio Benigniano inſcriptæ
ex 3. id. Iulij anni cors. Regni ipſius
Rodulfi 37. Indict. 9. Lima 25. quæ
omnino reſpondẽt iis quarũ men-

Lingonenſem & Goteſmanum Ambianorum Præſules, ob generis ſui cum Lothario rege propinquitatem. Errant etiam, qui Siguinum Senonenſem Archiepiſcopum damnationi eius aſſenſum præbere noluiſſe tradiderunt: tametſi certum ſit eum ex Romanorum Pontificum conſtitutionibus magnoperè contendiſſe, eam ritè non poſſe abſq; Rom. Pont. autoritate atque conſenſu fieri. Quod tamẽ Arnulfus Aurelianenſis Epiſcopus, qui eloquentiæ & eruditionis laude cæteros Galliæ Præſules antecellere dicebatur, graui & accurata oratione improbauit, qua multis rationibus & argumentis docere auſus eſt, nec in hac cauſa Rom. Pontificis ſententiam expectandam fuiſſe, nec ad Rom. Pontifices omnium Eccleſiarũ controverſias ſemper deferri decere: illo præſertim ſeculo, quo tales eſſe iam conſueuerint, vt nec ſibi nec aliis conſulere poſsint. Porrò bellum geſsiſſe Hugonem regem cum Arnulfo Flandriæ principe qui eius coronationi intereſſe noluerat, & ex eo aliquot oppida atq; ipſum Attrebatenſem Comitatum cepiſſe, quæ ei poſtea deprecatore Richardo Normannorum principe reſtituit, P. Aemilius & Titius ſcribunt. Sed cùm teſtimonio omnium ſcriptorum Flandricorum Arnulfus obierit anno 988. eo autem tempore Capetus adhuc occupatus cum Carolo fuerit, veriſimilius erit bellum iſtud cum Balduino Arnulfi filio geſtum fuiſſe, ſi tamen id conſtet.

ODILO Aruernus genere, fit
993 poſt Maiolum Cluniacenſis Abbas
an. 55. Gerardus de Aruer.

tionem Munſterus fecit in ſua Coſ-
29 mographia. Tametſi fieri poſsit, vt 3
illum pater in Regni ſocietatẽ ante
obitum ſuum ſecum aſciuerit: fuiſſe
autem

994

995

HVGO cognomine Capetus,an-
996 no quàm regnare cœperat nono
nondum adimpleto,naturæ conceſ
ſit:idq; 10.cal. Decembris iſtius an-
ni,teſtimonio cuiuſdam codicis Ai
moini manuſcripti. Ideo Robertus
997 filius eius regno Francico ſolus po
titur, annis circitèr 34. Vulgati ta-
men codices eum anno 998.obiiſſe
tradunt.

SABAVDIAE domus apud Allo
brogos in Comitatum primùm his
temporib.erigitur,autore,vt aiunt,
Beraldo Hugonis Saxoniæ Ducis
(qui Othonis ſecundi Cæſaris fra-
ter fuerat) filio: qui cùm ſolum pa-
trium vertere coactus fuiſſet, in eā
998 Burgundiæ Tranſiurenſis partem
ſe recepit, quæ inter Allobrogos
Comitatus Moriennæ vocitatur.
Cuius etiam Comes dici & haberi
cœpit, beneficio eius Regis qui eo
tempore Burgundiæ præerat:adeo
vt ſede ibi ſtabilita ſobolē reliquerit,
à qua Sabaudiæ Principum &
Marchionum Seguſianorum ſtem-
ma emanare creditur.

RAINARDVS ſive Reginaldus
Seno-

autem illi fratrem natu maiorē, no
mine Chonrardum, ex teſtamento
Berthæ auiæ illius compertum eſt:
vnde arbitramur illum patri mini-
mè ſuperſtitem fuiſſe. Porrò nō ad-
huc perſpicuè compertum eſt, quo
pacto & Arelatenſis provincia &
Viennæ Comitatus ad eum perve-
30 nerint, cùm à regno Iurenſi ab ini- 4
tio diſiunctę fuerint: Vienna autem
ſub Carolo Simplice,Rodulfo,Lu-
douico & Lothario regib.Gallici iu
31 ris ſemper fuerit,niſi fortè cū vrbe 5
Lugdunēſi Viennā Cōrardo parēti
eius,dotis ſororis ſuæ nomine,Lo-
tharius rex cōtulerit. Poſtremò nec
32 hoc ſilentio' prætereundum vide- 6
tur,Conrardo regi duas præter Ro
dulfum ex eodē thoro filias ſuper-
ſtites fuiſſe:alteram nomine Berthā
quæ Odoni Carnutum Comiti co-
33 gnomine Campano nupſit.Secun- 7
dam verò Giſlam ſive Giſilam, quę
primis nuptiis Ermiſtum Sueuorū
Ducē, Alberti Marchionis Auſtriæ
fratrem coniugem habuit: ex quo
etiam Hermannum atq; Arnulfum
liberos ſuſcepit. Illo autē mortuo,
Conrardo Saligno tunc Franconiæ
Duci & poſtea Imperatori iuncta
eſt: vnde Henricum ſecundum ſive
tertium habuit.Cui ea ratione Ro-
34 dulfus iſte,prole deſtitutus, Regnū 8
ſuum teſtamento ſuo legauit. Cùm
verò conſtet probatiſsimorum au-
torum & veterum monumentorū
teſtimonio, Giſilam iſtam Rodulfi
regis omnino fuiſſe ſororē,reiicien
da eſt Othonis Friſingenſis ſenten-
tia,qui eam neptem vocauit: & Cu
ſpiniani atq; Onufrij, qui Lotharij
Francorū regis filiā arbitrati ſunt.

ALBERICO Matiſconenſi Co-
miti

Senonenſis Comes, moriens Co-
999 mitatum ſuum Fromundo filio re-
liquit. Aimoinus.

35 miti in adoleſcentia mortuo, Vuil-
lelmus patruus eius in Comitatum 9
Matiſconenſem ſucceſsit.

CONTROVERSIA hoc tempo-
re inter Robertum regem & Odo-
1000 nem Carnatum Comitem, ob Me-
ledunum Buchardo Comiti adem-
tum.

36 TEMPLVM cœnobij D.Benigni
Diuionenſis hoc anno conditum à
Vuillelmo Abbate, cuius hoc tem- 10
pore inter monachos ob vitæ inte-
gritatem & doctrinæ præſtantiam
fama percelebris erat.

OTHONE tertio Cæſare mor-
tuo, Henricus Bauariæ Dux cogno
mine Claudus Imperium Germa-
1 nicum capeſsit. 11

HENRICVS eius nominis pri-
mus Burgundiæ Dux, nullis ex v-
xore ſublatis liberis moriens, Du-
1001 catum (vt aiunt) teſtamento reli-
quit Roberto Francorũ regi ex fra-
tre nepoti: cùm tamen conſtet ex Commentariis cœnobij D.Benigni, illum
ſibi ante obitum ſuum Othonem quendam, cui ſimul Vuillelmi nomen e-
rat, Gerbergæ vxoris ſuæ ex alio marito filium adoptaſſe, ſucceſſorémque
in Ducatu inſtituiſſe, adeo vt cùm antea Comes tantummodo nominare-
tur, Dux & Comes ſimul Burgundiæ deinceps aliquandiu vocitatus fue-
rit, vt ex Epigrammate (quod tumulo eius Diuioni adſcriptum eſt) edo-
cemur, nihilominus Landricus Niuernenſis Comes pluribus Burgundio-
num acceptior, ſe Burgundiæ Ducem dictitare, arces atq; oppida quamplu
rima in fidem ſuam recipere auſus eſt.

ROBERTVS verò Rex Ducatũ
iure tum hæreditario, tum Regio,
potius quàm teſtamentario, ad ſe
devolutũ intelligens, collectis ſuis
copiis validóq; ſubnixus Norman-
1002 norum auxilio, Burgundiam adori 2
tur, & vtraq; factione oppreſſa, ſuo
imperio adiungit. Vniverſo igitur
Ducatu potitus, genti Ducem de-
diſſe filiũ ſcribitur, quo ipſe nomi-
ne, Robertum, aut, vt in veteribus
quibuſdam monumentis habetur,
Henricũ: ſed cùm vterq; eo tempo-
re vix adhuc è cunis exceſsiſſet, de-
ſignaſſe tantũ veriſimilius eſt. Hinc
1003 Landricum in Altiſsiodorẽſi ciuita 3
te obſeſsũ deditiõe cepit, & iuri Bur
gũdico in ꝑpetuũ renũtiare coẽgit:
arce etiam Anallonis trimeſtri ob-
ſidione, nec abſq; ꝓdigio (vt volũt)
ſibi

VVILLELMVS Comes Provin-
ciæ hoc tempore, pater Conſtantiæ
Roberti Francorum regis ex Blan-
ca ſorore Galfredi Comitis Ande-
gauenſis: cui etiam fuit filius eodẽ
quo ipſe nomine Vuillelmus. 12

13

Fro-

Anni Christi.		Anni Ducum Burgund.		Anni Regum Burgund.
1004	ſibi reſtituta. Otho verò ab eo tempore Comitis nomine contentus, Ducatus titulo in poſterum abſtinere coactus eſt. Comitem autem	4		14
1005	Diuionenſem fuiſſe teſtatur Epigramma ad illius tumulum: ſed in tabulis & diplomatibus quibuſdã vocatur tantùm advocatus S. Benigni anno 1007. quo etiam Lætaldus Comes Diuionenſis & Adila	5	Fromvndvs Senonenſis Comes moriens Comitatũ ſuũ Rainardo ſeu Rainardo filio ſuo reliquit: qui quòd plus æquo iniquior clero & Præſuli ſuo fuerit, malè apud Hiſtoricos audiit. Aimoinus.	15
1006	Comitiſſa, mater eius, vidua Richardi Comitis, nominantur. Interim memoriæ proditũ eſt eidem Othoni Vuillelmo liberos fuiſſe Otho-	6	Insvbriae ciuitates ab Imperatore Germanico deficientes, Arduinum quendam Mediolani ſive Georediç Marchionẽ regem ſibi cõ-	16
1007	nem, cui pater ſuperſtes fuit, Rainardum ſive Rainaldũ & Vuidonem: Hermentrudem autem coniugem.	7	ſtituerũt, qui ſe Longobardorũ regem nominauit. Cuius & vxoris illius corpus in cœnobio Vulpiano,	17
1008		8	quod paulò antè Vuillelmus D. Benigni Abbas condiderat, cõditum fuiſſe memoriæ proditũ eſt in Chronico Benigniano.	18
1009	Otho Vicecomes Belnenſis, & Hungula vxor eius hoc tempore.	9		19
1010		10	Hermannvs Iunior Sueuiæ ſive Alemaniæ Dux obiit, nullis relictis liberis. Ob id Ducatus eius (Hermanni Contracti teſtimonio) attributus eſt Erneſto, Giſalæ Rodulfi Burgundiç Regis ſororis marito, quam tamen neſcio qua ratione Auentinus ſororẽ eiuſdem Hermanni fuiſſe arbitratus eſt.	20
1011		11		21
1012		12		22
1013	Vvillelmvs ſive Rainardus Niuernenſis & Otho Matiſconenſis Comites, atque etiam Hugo Cabilonenſis hoc tẽpore: qui in quodam diplomate vocatur cuſtos caſtri Diuionenſis.	13		23
1014		14		24

Seno- Erne-

Anni Christi. | *Anni Duc. Burg.* | *Anni Regum Burgund.*

SENONVM vrbs ob Rainaldi ſi-
ve Reginaldi Comitis ſcelus cõfiſca
1015 tur, & patrimonio Regis adiicitur. 15
HVGONE Balgiaci Comite mor
tuo, Rudolfus filius eius Balgiaci
fit Comes.

AD compeſcẽdam Burgundio-
1016 num rebellionem Robertus Rex 16
Burgundiæ Ducatũ hoc anno cum
magno exercitu ingreſſus, caſtriſq;
prope Diuionem admotis, adiacen
1017 tem totam regionem depopulan- 17
do pervagatus eſt. Chronicon Be-
nignianum.

VVILLELMVS Matiſconenſis
Comes morte ſublatus, Othonem
filium comitatus ſui reliquit hære-
dem, cui Elizabeth Comitis Moria
1018 nenſis filia nupſiſſe dicitur, ex qua 18
filium Gotofredum ſuſtulit. Is ta-
mẽ iam ab anno 1014. Matiſconen-
ſis Comes in quodam diplomate
nominari deprehenditur.

ROBERTVS Francorum Rex,
Hugonem filium ſuum natu maio-
rem Regem ſibi cooptatum, ſecum
1019 hoc tempore regnare iuſſit & co- 19
ronari curauit: qui tamen patri mi-
nimè ſuperſtes fuit.

1020 20

1021 21

1022 22

RODVLFVS Galgiaci Comes
1023 cùm ſupremum diem expleuiſſet, 23
Re-

ERNESTVS ſiue Ernuſtus Sue-
uorum Dux, venãdo ab Adalbero-
ne Charionum Duce interemtus 25
eſt, ſuperſtitibus duobus liberis ex
Giſala coniuge, Ernuſto ſcilicet &
Hermanno, qui principatum Sue-
uicum poſt illũ obtinuerunt, à qui-
bus Ducum Zaringenſium genus 26
emanauit: qui ſe ea fortè ratione
ex Regia Burgundionum ſtirpe or
tos prędicauerunt. Giſala verò ma-
ter illorum ſecundis nuptiis collo- 27
cata Conrardo Saliquo Franconiæ
Duci, ex eo Henricũ ſecundum Im-
peratorem futurum poſt patrem
an. 1017. ſuſcepit. Hermãnus Con-
tract. Auentinus.

28

CONRARDVS Franconiæ Dux
iunctis cum Cõrardo patruele ſuo
copiis ſuis, Adalberonem Chario-
num Ducem, quòd Hermannum 29
Sueuiæ Ducem antè peremerat, a-
pud Vlmam memorabili prœlio de-
uicit & in fugam vertit.

CVM Rodulfo Burgundionũ re-
gi crebræ popularium ſuorum de- 30
fectiones ſeceſsionéſq; plurimum
negotij exhiberent, his permotus
conſilia de Regno ſuo Imperatori 31
Henrico contribuendo iniiſſe dici-
tur, illúdque animo præ ſe ferre o-
ſtendiſſe. Sed ab his (Sigeberti teſti-
monio) ſimulata ſuorum ſatisfa- 32
ctione, revocatus eſt. Quanquam
Hermannus Contractus & Auen-
tinus dicant Imperatorem adiiſſe,
copiáſq; ex Sueuis cum Epiſcopo 33
Argen-

Reinoldum filium ſui Comitatus
habuit hæredem.

CIRCA hæc tempora bellū exarſiſſe inter Reginaldum Burgundiæ Comitem & Hugonem Cabil-
1024 lonenſem, memoriæ proditum eſt
in hiſtoria Normannica cap. 42. adeo vt prælio decertatum ſit, quo
Reginaldus captus, ope & auxilio
1025 Richardi Normanniæ Ducis (cuius filiam Alizam duxerat) tandem liberatus fuerit.

MORTVO Hugone Roberti Frācorū Regis filio rege iam deſignato, Henricus frater eius à patre Rex deſignatus eſt, & in regni ſocieta-
1026 tem cooptatus, ſexto anno ante patris obitum, nempe 1027. Chronicon Benignianum. id quod etiam antiquis tabulis reſpondet.

OTHO cognomine Vuillelmus, Diuionenſis Comes à quibuſdam nominatus, antea verò Burgundiæ
1027 Dux dictus, obiit 11. cal. Octob. ſuperſtitibus duobus liberis, Rainardo ſiue Ramardo aut Rainaldo, & Othone, quos in vetuſtis tabulis Comites nominari video. Quod fortaſſe antam quibuſdam dediſſe videtur, vt Rainaldum illum pri-
1028 mum Burgundię ſuperioris Comitem quæ eſt trans Ararim fuiſſe arbitrati ſint, alij verò Matiſconenſem.

1029

1030

LAMBERTO Lingonenſi Epiſcopo 10. cal. Septembris anni 1031. demortuo, Robertus Francorū rex
1031 autoritate magis ſua quàm electionis

Argentoratenſi accepiſſe, quibus
Burgundiones deuicerit, & ad officium redire coëgerit.

HENRICO Imperatori mortuo,
Germanici proceres Conrardum
24 Vangionū Ducem, Franconiæ Du- 2
cum ſobolem, cognomento Salicū,
Giſalæ Burgundicę maritum, in dignitate Imperatoria ſubſtituerunt.

25 2

26 2

CHONRARDO Imperatori Romæ coronam Imperialem ſuſcipiēti, Rodulfus Burgundiæ Rex cum
1 Anglorum rege adfuit. 27

BERALDVS Saxoniæ Ducis filius primus Morienę Comes obiit, relicto vnico filio Humberto, cui à candore manuū cognomen datum eſt, qui illi in eundem Comitatum ſucceſsit: & à quo Principū Sabau-
2 diorū genus. Quæ verò Paradinus 28
in hiſtoria Sabaudica, ad hiſtoriam illius Beraldi & eius filij, de Othone II. Imperatore & Henrico illius
3 ſucceſſore adiecit, rationi temporū 29
planè adverſantur.

4 30

5 31

nis iure ſucceſſorem dedit Richar-
dum quendam, qui cùm Clero non
acceptus eſſet, veneno paulò poſt
ſublatus eſt. Qua de cauſa Rex illi
Hugonem quēdam Carnotenſem
Clericum ſubſtituit, eiúſq; deducen
di & in ſolio Epiſcopali cõſtituendi
cũ armata manu Henrico filio ſuo
annũ ſextũ ſecum iam regnāri pro-
vinciam dedit. Sed cùm Lingones
perveniſſet, patris morte audita cõ-
feſtim revocatus eſt, cùm illi Con-
ſtantiæ matris conatibus obviam
eundum eſſet, quæ fratrem ſuum
Robertũ natu minorem (vt Bernar
di, Guidonis, & aliud vetus Chro-
nicõ teſtãtur) ſibi pręferre, & ad Re-
gni faſtigiũ ante ſe efferre cõtende-
1032 bat: etſi iam lõgo antè tempore Re-
gni hæres ſucceſſórq; à patre nuncu
patus deſignatúſq; eſſet: adeò vt
res in funeſtũ bellum eruptura fuiſ-
ſe videretur, niſi Robertus Ducatu
Burgundię opulentiſsimo nobiliſ-
ſimóq; contentus, Regni iure ſpon
te Hẽrico fratri ceſsiſſet. Quòd ve-
rò ante patris obitum Burgundiæ
Dux fuerit inſtitutus, à recentiori-
bus tãtummodo adhuc ſcriptũ vi-
di: nec alio tamen tempore id ei cõ-
tigiſſe, quàm quo Hẽricus frater in
Regni conſortiũ fuit à patre coopta
tus crediderim. A quo etiã Regni il
lius anni, potiùs quàm à Roberti
patris obitu, in antiquis tabulis &
diplomatibus enumerari conſueue
runt. Extat enim in cœnobio Beni-
gniano diploma inſcriptũ ex anno
1038. Indictione 6. Regni Hẽrici re-
1033 gis 11. In alio autem Robertus ſe
Burgundiæ inferioris Ducẽ nomi-
nat. Cętera ex Chronico Benignia-
no & aliis Gallicis ſcriptoribus au-
toribus. Bur-

RODVLFVS Burgũdię Iurenſis
Rex ſobole deſtitutus, cùm ſibi fata
lẽ horã adeſſe ſentiret, ac propẽſior
eſſet in Chonrardũ Imperatorẽ qui
ſororem eius Giſalã duxerat, quàm
in Odonem ſecundũ Cãpaniæ Co-
mitem, qui ex altera ſua ſorore na-
tus erat, ipſum Chonrardũ eiúſq; fi-
liũ Henricũ Regni opúmq; ſuarum
hæredes ſucceſſoréſq; teſtamento
inſtituit, ad eóſq; moriens diadema
cæteráq; Regni inſignia tranſmiſit.
Qua in re cùm Odo ſibi iniuriã fie-
ri quereretur, quòd Rodulfi ſucceſ-
ſio non minori iure ad ſe quàm ad
illos devenire contenderet, interim
6 tamen ſe Regni Burgũdici benefi- 32
ciariũ Chonrardo eiúſq; filio fieri
peteret, nec illi vlla in re ſatisfieret,
dolore repulſæ ſuccenſus, dum Cę-
ſar bello Pãnonico diſtinetur, Bur-
gundiam præſidiis vacuã, armis &
ſuorũ factione, repẽtino impetu oc
cupare conatus eſt. Hermãnus Cõ-
trac. Marianus Scotus. Abbas Vr-
ſper. Sunt aũt, vt inquit Lazius, qui
crediderũt Rodulfum ex Adeldru-
de cõiuge procreaſſe Vdonẽ Arela-
tenſem Archiepiſcopũ, Hugonem
Lauſannẽſem Præſulem, & Rodul-
fum: at pellicem fuiſſe veriſimilius
eſt. Cõſtat enim ex diplomatib. illi
vxorẽ fuiſſe Hermẽdrudẽ an. 1027.

REBVS Pannoniæ compoſitis,
Cæſar copias ſuas in Burgundiam
media hyeme reduxit, ex qua poſt-
quã Campanũ & eius exercitũ exe-
7 giſſet, fines etiã illius proprios va- 1
ſtatum iuit: eóq; tandem illum rede
git, vt ſe ſuæ fidei tradere coëgerit.
Ex quo nemine amplius repugnan
te,

BVRGVNDIAM in duas provin
cias hoc tempore diſtinctam fuiſſe,
Ducatum ſcilicet & Comitatum, vt
1034 Comitatus ad Imperij ditionem
pertineret, Ducatus verò ad Regiã,
de eaq; re inter Regem & Impera-
torem conventum fuiſſe, fruſtra à
nonnullis ſcriptum video: cùm Du
catus nunquàm Regni Lotharingi
ci fuerit, ſed ad Reges Carolinæ fa-
1035 miliæ ſemper ſpectarit, nec proin-
de quidquam in eo Burgũdici Re-
ges ſibi arrogare vel prætendere
vnquam auſi vel viſi ſint.

1036

OTHO Campaniæ Comes ducto
in Lotharingiam exercitu, pugnâq;
cõmiſſa cũ Gothelone Lotharingiæ
1037 Duce, victus & occiſus eſt, duobus
ſuperſtitibus liberis, Theobaldo &
Stephano ditionũ ſuarũ hæredib.

HERMANNVS Giſelæ filius Sue-
uiæ Dux obiit ſine liberis. Ea de cau
ſa Conrardus Imperator Sueuiæ
1038 Ducatum dedit Othòni cuidã O-
thoni 3. Cæſaris nepoti. Herman-
nus Contr.

CHONRARDO Imperatore mor
tuo, Henricus filius eius, iſtius no-
minis tertius, cognomento Niger,
cum imperio Germanico Regni e-
1039 tiam Burgundici iura, titulóſq; ca-
peſsit & obtinet annis 17. menſibus
4. d. 1. à die ſcilicet prid. non. Iunias,
quo pater eius expiraſſe traditur.

Bel-

te, filij hæreditatem adiuit in poſſeſ
ſionémque venit.

CAESARI Burgundiam totam
in ſuam fidem recipienti, vrbium e-
iuſdem proceres, exemplo Lugdu-
8 nenſis Pontificis, dicto audientes 2
extiterunt, præſidia ſuis arcibus re-
ceperunt, & vt fidem ſuã oppigne-
rarent, obſides præbuerunt: adeo
vt illa Burgundia quæ 154. ante
ann. in vno Rodulfo regnum eſſe
cœperat, in alio eſſe deſierit, iuriſ-
9 queGermanici facta fuerit. Ab eo 3
enim tempore non ſolùm ipſe Con
rardus, ſed etiam poſteri eius, Re-
gni Burgundici & Arelatenſis iura
tituloſque ſibi ſemper vendicarũt:
quamvis ſub ipſis vel à Regum qui
10 eos præceſſerunt temporibus, illud 4
in multos varióſque Principatus
diſſectum fuerit, qui ſuis propriis
Comitibus parebant & regeban-
tur: licet Imperij nomine, à quo e-
tiam feudi iure ſe illos tenere fate-
bantur. Maior enim Alpinarum
11 gentium pars ſub Humberti Beral- 5
di filij regimine iam conſtituta e-
rat: Vuidonem verò, cui Craſsi co-
gnomen fuit, Comitatum Vien-
nenſem (nunc Delphinatus eſt) ob-
12 tinuiſſe, Arelatenſem autem provin 6
ciam ſuos proprios Comites etiam
habuiſſe omnes conſentiunt, inter
quos Vdonem Rodulfi regis ſoro-
rũ maiorem eius partem occupaſ-
ſe Lazius affirmat. Nec deſunt etiã
qui Burgundiam Veſuntinenſem,
quæ Comitatus titulũ huc vſq; reti-
13 nuit, in ditionem Odonis Comitis 1
poſterorum perveniſſe exiſtiment,
cùm tamen alij Burgundionũ Co-
mitum genus ad Viennæ Comites
referant. Illi autem omnes in fide

 ob-

BELLVM inter Henricum Fran-
1040 corum Regem & Theobaldũ Car-
nutenſem atq; Stephanum Trecen-
ſem Comites circa hæc tempora or-
tum.

1041

CIRCA hæc tempora Rodulfus
1042 quidam cognomine de Pruſsia O-
thonis tertij Imperatoris ex ſorore
nepos, Viennæ præficitur ab Impe-
1043 ratore Henrico, vt ab autore quo-
dam ignobili ſcripto traditum eſt.

THEOBALDVS Turonenſis &
Carnutũ Comes, à Godofredo co-
1044 gnomine Martello Andegauẽſi Co-
mite prælio vincitur & capitur. De
hoc aũt Martello iſtud ſcriptum ex-
tat in vetere quodam autore:

Dum viguit tua, dũ viguit Mar-
telle poteſtas,
1045 Fraus latuit, pax magna fuit, re-
gnauit honeſtas.

HELINARDVS ex Abbate D.
Benigni Diuionenſis fit ab Impera-
tore Henrico Archiepiſcopus Lug-
dunenſis, ob eruditionis & probi-
1046 tatis quam de ſe præbebat opinio-
nem. Studiis enim & Mathemati-
cis & Philoſophicis claruiſſe tra-
ditur.

Gui-

obſequióq; Germanico Auguſtorũ,
ad Hẽrici quarti vſq; tempora per-
mãſiſſe credũtur. Quibus occaſio-
ne bellorũ ciuiliũ diſsidijq; exorti
14 inter Cæſarẽ & Romanos Pontifi- 2
ces, iugũ Germanicũ excuſſerunt,
ditionéſq; quas quiſq; vel occupa-
bat vel obtinebat, ſuo proprio, non
autẽ alieno iure auſpiciiſve regere
cœpit. Ex Herman. Contr. Ottone
15 Friſing. Mariano Scoto, Lamber- 3
to Scaff. & Sigeberto.

THEODERICVS cœnobij S. Vald-
burgis in foreſto ſupra Argentora-
tũ conditor, & Comitatus Montis
Belgardi autor, hoc tẽpore. Lazius.

16 4

17 HAGNEM Guillielmi Ducis A- 5
quitaniæ filiã, Reinaldi verò Bur-
gũdiæ Veſontinæ Comitis neptem
Hẽricus Imperator duxit vxorem.
Quo etiam anno Giſla ipſius Hen-
18 rici mater obierat. Hermãnus Con- 6
tract. Maria. Scot.

DVO magni nominis in Burgũ-
dia Iurenſi & ſuperiore (vbi Impe-
19 rij nomine ad clauum ſedebant, no- 7
menq; & dignitatem veteris Regni
Burgundiæ tuebantur) Principes,
nẽpe Reinaldus ſiue Reginoldus,
Agnetis Imperatricis auunculus
(quẽ Burgundiæ Veſontinæ primũ
Comitem fuiſſe plurimi autumãt)
20 & Geroldus, ab Imperatore defici- 8
entes, caſtrũ quod Mõs Beligardus
vocatur obſidere cœperunt. Adue-
niẽte autem Imperatoris exercitu,
Ludouici cuiuſdã Comitis ductu,
tur-

Anni Christi. *Anni Duc. Burg.* *Anni Regum Burgund.*

GVIDO Reinaldi Comitis Bur-
gundiæ filius, cùm Richardi Nor-
manniæ Ducis eſſet ex ſorore ne-
pos, à Vuillelmo Notho eius filio
Comitatu Vernolienſi & Brionenſi
1047 donatus fuerat: ſed cùm rebellioni
aliorum Normannorum ſe immi-
ſcere adverſus illū voluiſſet, omni-
bus ditionibus quas in Normannia
nia poſsidebat deiectus fuit. Ex hi-
ſtor. Norman.

HVMBERTVS qui à cādore ma
nuum cognomen adeptus eſt, Be-
raldi filius, Moriennæ, quæ nunc
Sabaudia dicitur, Comes, obiit,
poſtquam Comitatū ſuum iure be-
1048 neficiario ab Imperatore Henrico
impetraſſet, vnico filio nomine
Amedeo ſuperſtite ex Adelide ſive
Adelehide coniuge ſua: quæ quòd
Marchionis Seguſiani filia hæreſq;
eſſet, filio Marchionatum Seguſia-
num cum Morianēſi Comitatu ad-
1049 duxit. Fuiſſe verò matrē illius Ber-
tæ quę poſtea Henrico quarto Imp.
nupſit, nobis Lambertus Scaff. &
Otho Friſingenſis ſignificare videt-
1050 tur, cùm Henrici ſocrū & Amedei,
ſive, vt in aliis exemplaribus habe-
tur, Adelai matrem nominant, eo-
1051 rúmq; in regionibus Alpinis am-
pliſsimam autoritatem eo tempore
fuiſſe affirmant. Sed cùm Adelehi-
1052 dem Othonis Marchionis cuiuſdā
Italici vxorem etiam fuiſſe addunt,
aut ex alio marito quàm ex Hum-
1053 berto Bertham ſuſcepiſſe intelli-
gunt, aut Othonem Berthæ patrem
pro auo nominare potuerunt. Cæ-
1054 tera verò quæ de ipſo Humberto &
Amedeo eius filio à Paradino nar-
rantur, in hiſtoria Sabaudica con-
tra

turpiter in fugam cōiecti ſunt. Ideò
ne quid illis grauius cōtingeret, Im
peratoris fidei clementiæq; ſe com-
mittere, anno ſequenti ad Solodu-
rum coacti ſunt, Hermanno Con-
tracto teſte. Cæterùm Reinaldi il-
21 lius Comitis vxorem fuiſſe Aliſam
Richardi Normaniæ Ducis filiam, 9
Normanica ſcribit hiſtoria cap. 42.
& ex ea Vuillelmum atq; Guidonē
filios ſuſcepiſſe: quorū Vuillelmus
patri in Comitatu hæres poſtea fu-
it, & pater Stephani ſui etiam ſuccel
ſoris, atq; alterius Guidonis Archi-
epiſcopi, qui Papatum Romanum
ſub Calixti ſecūdi nomine exercuit.
Geroldi autem ſive Gerardi Iohan
22 na filia fuit, quę Paradino autore in
Sabaudica hiſtoria Amedeo Sabau 10
diæ Comiti nupſit: in Annalib. au-
tem Burgundicis, Guidoni, quem
Reinaldi fratrem fuiſſe exiſtimat.

HVGO eius nominis primus mor
23 tuo Odilone fit Cluniacenſis Ab-
bas annis 60. 11

24 12

25 13

BVRGVNDIONVM cōventum
26 Soloduri diebus Supplicationum 14
Henricus Imperator egit. Auentin.

OTHONE Matiſconenſi Comi-
27 te mortuo, Gotofredus filius eius 15
in Comitatu ſuccedit. Bugnonius.

THEOBALDVS Odonis Cam-
28 paniæ Comitis filius Carnutū Co-
mes ſe ad Imperatorem hoc anno 16
contulit. Et miles eius, qui (vt in-

 quit

Anni Christi. | Anni Ducum Burgund. | Anni Regum Burgund.

tra temporum hiſtoriam omninò
pugnant.

Henricvm Germaniæ Cæſarē
ex Italia reverſum paulò ante obi-
tum ſuum cum rege Francorum col
loquiū habuiſſe Lambertus Scaff.
autor eſt: ab eóque infeſtiores quàm
venerant receſsiſſe. Nugatur Auen
tinus, qui Gallum, dum Germaniā
maioribus ſuis præreptam, pacta
1055 violata, conquereretur, ad ſingula- 29
re certamen provocaſſe: mox tamē
nocte intempeſta inſalutato Cęſare
fuga ſibi cōſuluiſſe. Veriſimilius ve
rò eſt Theobaldum Campaniæ Co
mitem huius diſsidij cauſam præ-
buiſſe, quem paulò antè Imperator
in clientelam ſuam illum ſuſcepiſſe
viſus erat.

Bertholdvs Betzelini Co-
mitis filius, Carinthiæ Ducatū, vul
gò (vt ſibi quidam perſuadēt) de Ze
ringen dictū, ab Imperatore obti-
nuiſſe hoc anno, Nauclero teſte, tra
ditur, qui tamen eodem ferè loco
1056 Betzelium nullos reliquiſſe libe- 30
ros, Bertholdum autem primū Ze-
ringiæ Ducem ex Gebizone fratre
illius Betzelini natum affirmat.
Munſterus autem Gebizonem, Be-
zonem ſive Bezelinum & Birthilo-
nem fratres, fuiſſe Luthardi Comi-
tis Hapſpurgēſis filios recenſet. Ex
Bezone verò natum Bertholdum,
1057 qui ducta vxore filia Vuelphonis 31
Ducis Carinthiæ, arcem Zeringen-
ſem cōdidit in illis regionibus quæ
ſoceri ſui patrimonium extiterant,
& ab ea Zeringēſis, ſpreto Hapſpur
1058 genſis familiæ titulo, cognominari 32
voluerit. Teſtatur enim Auentinus
Vuelphonem nō paucas in Sueuiæ
Ducatu ditiones habuiſſe, quas Ber
tholdus

quit Herman. Contractus) nunc e-
ques auratus diceretur, effectus
eſt. inde verò Palatini Comitis titu
lum ſibi & ſuis etiam retuliſſe cre-
diderim.

17

Henricvs eius nominis III.
cognomento Niger, Imperator &
Burgundiæ rex, fatum conſecutus
eſt id. Octob. vnico relicto filio, cui
Henrici IIII. nomen fuit: qui quòd
pueritiæ annos non adhuc ſuper-
greſſus eſſet, ſub matris & quorun- 18
dam Principū procuratione & tute
la Imperij & regni Burgundici iura
adiit: Dominatus verò illius anni
numerantur circiter 50.

Othone Sueuiæ ſive Alema-
niæ Duce abſque liberis mortuo, Du
catus illius Rodulfo Reinfeldenſi 1
Comiti ab Imperatrice attributus
eſt.

2

tholdus gener eius iure vxoris ſuæ
a ſecutus eſt: quo etiã cùm Chario-
nam Principatum ad ſe ſpectare ſi-
mul cõtenderet, illum titulo tenus
cum ſua poſteritate vſurpaſſe vide-
tur: id quod fortaſſe Nauclero im-
poſuit, vt crederet Ducatum Zerin
1059 genſem quandoq; Carinthiæ Duca 33 — 3
tus appellatione vulgò nuncupatũ
fuiſſe. Porrò tamẽ Berchtoldum il-
lum priorem ſine liberis obiiſſe, ſuc
ceſsionémq; illius ad Berchtoldum
ſecũdum fratris ſui Birthilonis filiũ
perveniſſe commemorant.

HENRICVS Francorum rex ſe-
nio cõfectus, Philippum filium ſuũ
1060 natu maiorẽ, annos pueritiæ non- 34 — 4
dum ſupergreſſum, Regem crean-
dum & Remis coronandum feriis
Pentecoſtalibus curauit. Circa an-
ni autem huius finem moriens, i-
1061 pſum & Hugonem fratrem eius mi 35 — 5
norẽ, fidei tutelæq; & procurationi
Balduini Flandriæ Comitis com-
mendauit. Mirum, quod nõ potius
1062 Roberto fratri ſuo Burgundiæ Du 36 — 6
ci, niſi fortè ſenectus eius obſtiterit.
Cæterùm ex tabulis & diplomatib.
1063 cõſtat, annos illius Philippi ab an- 37 — 7
no 1061. enumerari conſueuiſſe. Hu
go autem Heberti Veromanduorũ
1064 Comitis filia in matrimonium du- 38 — 8
cta, ſocero in opes illas poſtea ſuc-
ceſsit, & Rodulfum Veromanduo-
1065 rum Comitem poſt ſe futurum ſuſ- 39 — 9
cepit. Sũt etiam, qui tertium filium
nomine Robertum Henrico dede-
1066 rint, qui tamen patris obitum præ- 40 — 10
ceſsiſſe videtur.

1067 — 41

BERTHA filia Othonis Mar-
chionis cuiuſdam Italici & Adelhei- 11
dis Henrico Imperatori apud Fri-
burias hoc anno nupſit, quam ta-
men

Circa

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni Regum Burgund.
	CIRCA hæc tempora Bertoldus		men ſequẽti repudiare conatus eſt.	
1068	primus Dux Zeringenſis Comitem	42	Abbas Vrſperg. Hanc verò Adele-	12
	Kiburgenſem ſororium ſuum ex		hidem ſive Adelaidem Amedei (cu	
	Briſgoiæ poſſeſsione deiecit, eámq;		ius in Sabaudia regionibúſq; Alpi-	
	ſibi aſſeruit. Deinde cùm abſq; libe-		nis autoritas erat amplißima) ma-	
1069	ris moreretur, Bertholdum ſecun-	43	trem fuiſſe Lambertus Scaff. autor	13
	dum nepotem ſuũ ex Birtilone fra-		eſt.	
	tre ſuo habuit ſucceſſorem.		HABSPVRGENSIS arx à Rapo	
1070		44	to Comite hoc tempore condita.	14
			Munſterus.	
	GOTOFREDVS Matiſconenſis			
1071	Comes moriens Guidonẽ ſive Vui	45		15
	gonem filium ſuum ſuarum ditio-			
	num habuit hæredem. Is poſtea cæ			
	libem vitam agens, tandem ſe Mo-			
1072	naſticæ vitæ in Cluniacenſi cœno-	46		16
	bio addixit. Eo pacto Comitatus			
	eius ad Reinaldum patruum eius		COENOBIVM Moliſmenſe hoc	
1073	rediit, vt Bugnonius recenſet, qui	47	anno conditum, in quo Robertus	17
	in ſerie Comitum ſequentiũ admo-		Abbatis munus primus exercuit.	
	dum incertus eſſe videtur.		Chr. manu ſcriptum.	
1074		48		18
	ROBERTVS eius nominis ſe-			
	cundus Burgundiæ Dux obiit nul-			
	lis ſuperſtitibus liberis, ſed ex Hen-			
1075	rico filio ſuo natu maiore præmor-	1		19
	tuo ſuperfuerunt illi nepotes Hugo			
	& Otho, quorum Hugo ætatis præ-			
	rogatiua Ducatũ aſſecutus eſt, eóq;			
1076	potitus dicitur annis circitèr 22. Ro	2		20
	bertus autem Semuriaci in templo			
	ab illo condito ſepultus eſt.			
	RODVLFVS Sueuiæ Dux fa-		CAESAR Italiam petiturus vt	
	ctione Romani Pontificis & quo-		cum Romano Pontifice de pace	
	rundam Principum, Imperator ad-		tranſigeret, Veſontionem vrbem	
	verſus Henricum IIII. creatus, Sue-		venit, vbi à Vuillelmo matris ſuæ	
	uiæ Ducatum (cui Nuitlandia ſive		auunculo (cuius, vt teſtatur Lam-	
1077	Burgundia minor adiuncta erat,	3	bertus Scaff. in illis locis amplißi-	21
	adeo vt inde Burgundiæ Ducis ti-		mæ & florentißimæ opes erant) ma	
	tulum cum Sueuico gereret) Ber-		gnificè ſplendißiméq; exceptus eſt.	
	tholdo Zeringenſi eius nominis ſe-		Inde autem Sabaudiam ingreſſus,	
	cundo reſignauit. Henricus verò ex		ſocrum ſuã, nempe Adelehidem, &	
	Ita-		Ame-	

Italia reverſus, vtrumq; eo Ducatu
vi armiſq; ſpoliat, & ipſum Fride-
rico à Stauffen cum altera filiarum
ſuarum Agnete, dotis nomine attri
buit. Quod licet mortis occaſionẽ
eodem anno Bertholdo prębuerit,
nihilominus Bertholdus filius eius
& iſtius nominis tertius, quem ex
Richimara priore coniuge ſuſtule-
rat, iuri paterno nunquam renun-
1078 tiare voluit. Ex quo ab eo tempore
Duces Zeringenſes nõ ſolùm Du-
cum, ſed etiam Regum Burgundiæ
& Arelatenſium titulum ſuis aliis
titulis ſemper addiderunt. Lamber
tus Scaff. Marianus Scotus, Abbas
Vrſp. Auentinus, Nauclerus.

1079

1080

1081

1082

1083

CARTHVSIENTIVM Monacho-
rum primordia autoribus Bru-
1084 none Agrippinenſi, ſive ſcholarum
magiſtro, Remorúmq; Canonico,
& Hugone Gratianopolitanorum
Epiſcopo.

Circa

Amedeum filiũ, qui latè in illis re-
gionibus dominabatur, adeò vt il-
lius autoritas illic eſſet clariſsima,
poſſeſsiones ampliſsimæ, & nomẽ
celeberrimum, obviam habuit. Sed
vt illac iter liberum in Italiam ſibi
ſuiſq; pateret, Burgundiæ quandã
regionem commodiſsimam domi-
nio eorum adiungere coactus eſt,
eiuſdem autoris qui eo tempore vi
4 uebat teſtimonio. Quo planè edo- 22
cemur, Amedeũ ipſum anno 1076.
(quod Paradino viſum eſt) non
obiiſſe, qui tamen quandocunque
obierit, filium aui nomine Humber
tum ſuarum opum, ditionúmq; ſuc
ceſſorem reliquiſſe traditur.

POST obitum Raimaldi Balgia-
5 ci Comitis, Gaulſeranus cõſangui- 23
neus eius Balgiaci fit Comes.

LIS quæ magnis odiis inter Fre-
6 dericum à Stauffen & Bertholdum 24
Zeringiæ Ducem ob Ducatum Ale
maniæ perſeuerabat, Imperatore ar
bitro ita compoſita eſt, vt Friderico
tota Sueuia, Bertholdo autem Briſ
7 goiæ ciuitates & nonnullæ provin 25
ciæ quæ in Alſatia exiſtunt, cum
Nuictlandia & Præfectura Tiguri-
nenſi, quam Advocatiam tunc dice
8 bant, & titulo Burgũdiæ Ducis re- 26
manerent. Sed ex Annalibus Fri-
burgenſibus conſtat Zeringenſes
9 Principes non ſolùm Ducis, ſed etiã 27
Regis aut potiùs Rectoris Burgun
diæ & Arelatenſis titulo vſos fuiſ-
ſe: idq; vt Nauclerus cenſet, Impera
torum aſſenſu: licet præter titulum
10 nihil aliud inde emolumenti perci- 28
perent. Cæterùm cùm Nuictlandia
totáq; Heluetiorum regio ſub po-
ſteriorum regum Burgundicorum
Imperio conſtituta fuerit, iis defi-

Anni Chriſti. | Anni Ducum Burgund. | Anni Regum Burgund.

1085

1086

CIRCA hæc tempora obiiſſe vi-
1087 detur Vuillelmus ſive Guliermus
Burgundiæ ſuperioris Comes, reli-
ctis, vt omnes ferè cõſentiunt, duo-
bus liberis, Stephano in Comitatu
1088 ſucceſſore ſuo, & Vuidone ſive Gui
done Archiepiſcopo Viennẽſi. Qui
bus tamen tertium Lazius adden-
1089 dum putat, nempe Reginaldũ Bea-
tricis patrem, quæ Friderico primo
Imperatori poſtea nupſit, quem e-
1090 tiam Salinarum & Cabillonenſium
Comitem fuiſſe cenſet.

1091

1092

1093

1094

1095

1096

HVGONEM Burgundiæ Du-
cem, mortua Iolanda vxore ſua,
tantum huius mundi tædium ce-
1097 pit, vt ſeipſum cilicio obnubens
Cluniacenſium inſtituto hoc anno
mancipavit. Ex quo, cùm prole ca-
reret, Ducatus ad eius fratrẽ Otho-
nem

11 centibus Sueuici Duces quidquid 29
in ea obtinuerunt, vel Cæſarum be
neficio, vel alio quopiam iure ſibi
12 attribuiſſe videntur. Nec inde tamẽ 30
Lazij ſententia confirmatior eva-
det, qui Suitziorum ſive Suiceiorũ
13 nomen, quod Heluetiorum totam 31
gentem hodie complectitur, à Sue-
uis (quandoquidem Helueticæ re-
gionis non modica pars Sueuico-
14 rum Ducum ditionis aliquãdo fue 32
rit) emanaſſe contendit.

HIS temporibus vixiſſe videtur
15 Vuido ſeu Guido ſecundus Vien- 33
næ in Allobrogibus Princeps vel
Comes, Vuidonis primi cognomi-
16 ne Craſsi filius, & Vuidonis tertij 34
qui primus Delphini titulum ſum-
ſiſſe dicitur, pater.

17 35

18 36

19 37

20 38

BELLVM ſacrum ad recuperan-
21 dam ex noſtræ religionis hoſtibus 39
Terram ſanctã à Chriſtianis Occi-
dentalibus ſuſceptum, Heroicorũ
22 temporum memoriam renouauit. 40
Huic autem vno conſenſu ab vni-
verſis Europæ nationib. Galli pro-
pter armorum peritiam præfecti
ſunt. quibus ſe comitem dediſſe
1 Humbertus Moriennæ Comes di- 41
citur.

Ordo

Anni Christi.		Anni Duc. Burg.		Anni Regum Burgund.
	nem redit, qui in illo exegit annos		ORDO Ciſtercienſis à Roberto	
	circiter 5. Cæterùm Epiſcopus Ca-		Moliſmenſi Abbate in Burgundia	
1098	billonenſis ediderat in lite contra	2	inſtitutus, cuius etiam zelo permo-	42
	Regem de iuriſdictione ſuæ ciuita-		tus Otho Burgundiæ Dux Ciſter-	
	tis tranſactionẽ cum Hugone Du-		cium cœnobium magnificis excita-	
	ce poſtea monacho, cuius extat ſe-		re impendiis aggreſſus eſt in agro	
1099	pulchrum Cluniaci, vbi etiam vitã	3	Belnenſi. Eodem verò anno Ro-	43
	cum morte commutauit an. 1100.		bertum Moliſinum revocatum ſuc	
			ceſſorem ſuum Albericum ibi reli-	
1100		4	quiſſe ferunt.	44
	OTHO Burgundiæ Dux in ſa-		SECVNDA principum Chriſtia-	
	cram militiam profecturus, Hugo-		norum expeditio in Aſiam hoc an-	
1101	nem maiorem natu filium ſuum ſui	5	no facta ad res Chriſtianorũ in Pa-	45
	Ducatus ſe abſente procuratorem		læſtina promouendas, Ducibus Gu	
	hoc anno inſtituit: ſed eum anno		lielmo Pictauorum Comite, & Epi	
	ſequenti ſucceſſorem habuit, cùm		ſcopis Mediolanenſi & Ticinenſi.	
	morte immatura interceptus in Ci		Quibus Stephanus Burgundię Co	
	licia, profectionem ſuam adimple-		mes (cui Chronicon vetus Flãdriæ	
1102	re non potuiſſet. Hugo igitur Du-	1	Capitis-audacis cognomen attri-	46
	catum adeptus, eo potitus eſt circi-		buit) ſe adiunxit, ſed in itinere cum	
	ter an. 22.		Turcis pugnans cecidit, vnico ſu-	
			perſtite filio nomine Vuillelmo, cui	
			Pueri cognomẽ fuit, quem ex ſoro-	
1103		2	re Conradi Zeringię Ducis Bertol	47
			di tertij filij, aut (vt alij volunt) fra-	
	AMEDEVM primum Sabaudiæ		tris, ſuſceperat: quemadmodum &	
1104	comitem Rhodum hoc anno feli-	3	Ligurinus Poëta & Otho Friſingen	48
	citer contra Turcos cõſeruaſſe ſcri-		ſis perſpicuè teſtantur: licet Para-	
	bũt ij, qui in eius memoriam Equi-		dinus ex Chonrardi Imperatoris	
	tum annunciationis ordinem inſti		ſorore interpretari maluerit.	
1105	tutum poſtea fuiſſe volunt. quod	4		49
	quomodo cum Paradini ſcriptis cõ			
	venire poſsit, viderint.			
			HENRICVS quartus Imperio	
1106		5	ſpoliatus ab Henrico filio, paulò	50
			pòſt obiit, nempe 6. idus Aug. Ea	
			de cauſa Imperium Germanicum	
			cum regno Burgundico penes eius	
1107		6	filium, qui eius nominis fuit quin-	1
			tus, remanſit annis circiter 19.	
1108	HVGONE mortuo Pontius fit	7		2
	Cluniacenſis Abbas an. 13.			

Anni Christi. *Anni Ducum Burgund.* *Anni Regum Burgund.*

PHILIPPVS XXXVIII. Franco-
rum rex 4. Cal. Aug. Meloduni de-
ceſsit, cuius filius Ludouicus co-
1109 gnomine Craſſus, ab Archiepiſco-
po Remenſi coronari noluit: obi-
tus tamen Philippi ab Archiepiſco-
po Tyrio lib. 11. anno 1108. aſcribi
videtur. Nobiles & principes Fran-
ciæ adverſus Regem tumultuari in-
1110 cipiunt, quibus tandem ſuperior
euaſit. Cæterùm Ludouicus ex Ada
laide Humberti Moriennæ Comi-
tis filia numeroſam prolē ſuſtulit.

VLRICVS poſt Gaulſeramum
patrem in Comitatu Balgiacenſi
ſuccedit. Nec longo ab hinc inter-
vallo Guillielmo mortuo, Reinal-
dus filius in Comitatu Matiſconēſi
etiam ſucceſsit. De illo autem Guil
lielmo narratur illa Tragœdia,
1111 quòd à Dæmone fuerit in æthera
ſublatus, nec vnquam poſtea com-
paruerit, eo quòd Eccleſiaſticorum
bonis infeſtus eſſet. Id enim Ludo-
uici Craſsi temporibus aſcribitur,
eiúſque mentio fit à Petro Venerabi-
li lib. 2. Mirandorum, vbi ſe ex ſolo
auditu referre fatetur. Fabulam ta-
men actam confictámque à Mona-
1112 chis Cluniacenſibus Bugnonius &
Paradinus arbitrati ſunt. Non con-
venit autem inter Lazium & Bu-
gnonium de iſtius Reinaldi patre,
1113 quem alter Comitem Burgundiæ
& patrem etiā Stephani antea Co-
mitis fuiſſe putat: vtrumque verò in
1114 ea re admodum eſſe incertum vi-
deo. De qua etiam nollem abſque cer
tioribus vetuſtioribúsque teſtimo-
niis & autoribus iudicium profer-
1115 re. Cōſtat ex Abbate Montis, in ap-
pendice Sigeberti, Reinaldo fuiſſe
fratrem nomine Vuillelmum.

HVMBERTVS eius nominis ſe-
cundus, Moriennæ Comes & Segu
ſianorum Marchio obiit, relicto fi-
8 lio Amedeo ſecūdo ditionum ſua- 3
rum hærede & ſucceſſore, quem a-
iunt Comitis Sabaudiæ pro Mo-
riennæ titulo ab Henrico V. Cæſare
obtinuiſſe, atque etiam vt primus
Sancti Imperij Comes nominare-
9 tur. Otho Friſingenſis tamen illum 4
Taurinorum Marchionem tātum-
modò vocat. Quæ de bellis autem
ab illo geſtis cum Comite Gene-
uenſi, & de expeditione Rhodien-
ſi, atque etiam de ſecunda illius in
Aſiam profectione, prolixa admo-
dum oratione à Paradino narran-
tur: ſatius fuiſſet ſilentio omnino
præteriri, aut alteri cuidam poſte-
rorū illius quàm ipſi attribui. quan
10 quam illum ſemel in Aſiam traie- 5
ciſſe cum Conrardo Imperatore &
Ludouico iuniore Francorum rege
inficiari nolim. Otho Friſingenſis
lib. 1. cap. 44. illum cum Guillelmo
Montisferrati Marchione Conrar-
di Imperatoris auunculos vocat.

FRIBVRGVM in Briſgoia à Ber
tholdo Zeringenſi Duce hoc anno
11 conditum. Nauclerus. 6

12 7

13 8

14 9

Ini-

Anni Christi.		*Anni Ducum Burgund.*		*Anni Regum Burgund.*
1116		15		10
1117		16		11
1118	INITIVM primi belli inter Anglos & Frācos geſti, licet iacta fuiſſent eius ſeminaria & fundamenta decem antè annis. De eo autem ſatis confuſè & indiſtinctè, nec ſecundum ordinem temporum ſcripſiſſe ſcriptores tam Anglici quàm Gallici videntur.	17		12
1119		18		13
1120		19		14
1121		20		15
1122	POST Pontium Hugo fit trium menſium Cluniacenſis Abbas: & eo mortuo Petrus cognomento Mauricianus ſiue Venerabilis, cuius nonnulla ſcripta extant, eidem cœnobio præficitur.	21	BELLO exorto inter Hugonem Comitem Tagſpurgenſem & ſubditos eius, cùm Bertoldus tertius Zeringenſis Dux Hugoni conſanguineo ſuo ſuppetias tuliſſet, pugnādo cum ipſo ab hoſtibus cæſus eſt, nō ꝓcul ab oppido Molsheim, vnico filio ſuperſtite (quem tamen alij fratrem fuiſſe malunt) Chonrado. Nauclerus. Munſterus.	16
1123	HVGO Burgundię Dux moriēs, Odonem filium ſuum maiorem natu ex Mathilde coniuge, ſui Ducatus habuit hęredem, qui eo potitus eſt ann. circiter 42. id quod hoc anno ex Epigrammate quod eorum ſepulchro inſcriptum eſt, contigiſſe probatur. Illi autem vxor fuit Maria Theobaldi Campaniæ Comitis filia: fratres verò Alexander & Galterus Archidiaconus.	1		17
1124		2	HVMBERTVS Epiſcopus Geneuę & Aymo eiuſdem vrbis Comes, de illius Imperio hoc tempore inter ſe decertaſſe traduntur. Munſterus.	18
1125		3	HENRICVS Cæſar ab Anglo Rege ſocero ſuo impulſus, Galliam inuadere cum ſuis copiis conatus eſt, ſed cognita Regis potentia demum reuerſus eſt, idque anno 1124. potiùs quàm 1120. iuxta Othonem Friſingēſem, Abbatem Vrſpergenſem & Sigebertum.	19

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni Regum Burgund.
1126	GVLIELMVS cognomine Alemanus Cabillonenſis & Matiſconenſis Comes, Comitatu ſuo à rege Ludouico hoc tempore ſpoliatus fuiſſe dicitur, quòd Cluniacenſium mónachorũ opibus infeſtus eſſet. Paradinus. Id verò Aemilius refert in tempora Ludouici Regis iunioris, illúmque eſſe putat quem à Dæmone raptum ferunt.	4	CVM Henricus quartus Cæſarum Germanorũ ex ſtirpe Regum Burgundorum vltimus, nullis ſuperſtitibus liberis obiiſſet, Lotharius qui ex Saxonum genere prodibat, poſt illum Imperiũ adeptus eſt. Qui cùm Burgundicã familiam nulla ratione attingeret, nihilominus tamen Regni Burgundiæ iura, titulóſq; ſibi arrogaret, Reinaldus, qui tunc in Burgundia ad clauum ſedebat, & nomen dignitatémque veteris Regni Burgundici tuebatur, Beneficiarium eius ſe profiteri nunquam voluit, quòd Burgundiam Imperij beneficium non eſſe contenderet.	1
1127	DIVIONENSIS vrbs incendio tota ferè hoc anno conflagrauit.	5	VVILLELMVS ſiue Guillelmus Burgundiæ, qui etiam Viennenſis & Salinenſis dicebatur Comes, & Stephani Comitis filius, cognomento Puer, fraude ſuorum ſublatus hoc anno interiit, teſtimonio	2

Dodechini abbatis. At anno ſuperiore occiſum mox docebimus. Veruntamen ea de cauſa Reinaldus Matiſconenſis & Cabillonenſis atq; Salinarum Comes (vt nonnullis placet) quòd paterno ſanguine ac genere illũ propius attingeret, (nõ deſunt enim, qui patruum fuiſſe affirment) atq; etiam genus ſuum à Burgundis Regibus per Viennæ principes repeteret, & Comitatus Burgundię, & ditionum omnium, quarum ille poſſeſſor fuerat, ſucceſſor hęréſq; hęreditario iure abſq; vlla cõtroverſia factus eſt. Sed cùm in illas ſummum ius ſe habere exiſtimaret, ob ídque fidem ſuam nullatenus obſtringere, nec in Lotharij Cæſaris verba iurare vellet, rei quam putabat indignitate permotus Cæſar, Burgundiæ Comitatum Chonrardo Bertoldi tertij filio Zeringiæ Duci ſibi deditiſsimo, & qui Vuillelmi auunculus fuerat, eúmque etiam paterna agnatione quodammodo attingebat, in quodam Principum conventu adiudicauit. Qui cùm ius quod inde ſibi acquiſitum putat, perſequi cupit, alter verò ſua ſe poſſeſsione deiici non patitur, bello grauiſsimo diuturnóq; ſeſe mutuò implicarunt: in quo non ſemel acie cruenta dimicatum eſt, adeò vt res inter eos, eorúmque poſteros, ante Friderici primi Imperatoris tempora componi non potuerit, vt ex eodem Dodechino & Othone Friſingenſe lib. 2. cap. 29. de geſtis Friderici I. Imperatoris conſtat. Fallitur autem Sigeberti appendix, qui Vuillelmũ Vuillelmi Pueri ſucceſſorem pro Reinaldo nominat. Cæterùm quæ de obitu Guillelmi illius cogno-

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni regum Burgund.
	cognomine Pueri comperimus, ex epigrammate quod eſt tumulo cuidam adſcriptum, in cœnobio quod Alta-ripa dicitur, prope Friburgum Heluetiorum hic rei clarioris gratia adiungere placuit: An. 1142. 3. id. Februar. obiit Philippus de Glanna fundator ſepultus in præſenti tumulo: cuius pater Petrus & Philippus de Glanna fratres, ann. 1126. 5. id. Februar. cum Guillelmo Comite Viennenſi & Salinenſi cum multis aliis nobilibus iniuſtè ab iniuſtis in occiſione gladij apud Paterniacum mortui ſunt: & in prioratu Cluniacenſi ſito in inſula lacus, ſepulti.			
1128		6		3
1129	PHILIPPVS Ludouici Craſsi filius admodum iuuenis, volente patre, in præſentia Henrici Regis An-	7		4
1130	gli, Remis Regio diademate coronatus eſt.	8		5
1278	ALISA Burgundiæ Comitiſſa, autoritate & conſenſu Comitis Sabaudiæ viri ſui, ditiones omnes quas in Burgundia obtinebat, inter filios ſuos quos ex priore marito ſuſceperat partita eſt: & Othonẽ ſive Othelinum maximũ natu Burgundiæ Palatinum Comitem inſtituit: aliis ſua iura deſignauit.	6	IOHANNES Roberto Burgundiæ Duci filius naſcitur.	12
1279	ALISA Burgundiæ Ducis filia Iohanni filio Othonis Burgundiæ Comitis deſponſata.	7	CHONRARDVM Friburgẽſem Comitem Rodulphus Imperator in ipſa Friburgenſi vrbe obſidet.	13
1280	BELLO exorto inter Petrũ Epiſcopum Baſilienſem & Theobaldũ Ferretarum principem (cui Burgundiæ ſuperioris & Montisbelgardi Comites adhærebant) prælium circa	8	EBERHARDVS Friburgenſis & Vchtlandiæ ſiue minoris Burgundiæ Comes, obiit duobus ſuperſtitibus liberis, Eberhardo & Hartmanno, quorum poſtremus à fratre	14

ca hæc tempora cõmiſſum eſt: quo
Baſilienſis exercitus, cùm inſignem
cladem ab hoſtibus paſſus eſſet, vt
illam Rodulfus Imp. vlciſceretur,
ingentem exercitum in Burgundiã
traduxit, vbi cùm Montisbelgardi
Caſtellum oppidúmq; cepiſſet, Co-
1281 mitémq; Reginaldum imperata fa- 9
cere coëgiſſet, Veſontionis ciuita-
tis oppugnationem aggreſſus eſt:
ſed Comite ſociiſq; illius ſeſe oppo
nentibus, expugnare non potuit. Ir
1282 ruptione tamen in caſtra illorum fa 10
cta, eos adeò perterruiſſe dicitur, vt
pacis leges ab eo capere coacti fue-
rint, quibus Burgundus cũ ſuis no-
bilibus ad condictum Baſileæ corã
Imperatore ſeſe repræſentauit, eiq;
1283 Comitatus ſui nomine fidelitatem 11
obſequiúmq; clientelare iurauit &
exhibuit, vt ab Alberto Argentinẽſi
ſcripto traditũ eſt. Id verò eſt, quod
Nauclerus tradit Burgundos ab
Imp. anno 1181. ſubactos fuiſſe. In
monumẽtis autem, quæ apud Mon
tembelgardũ exiſtunt, habetur Re-
ginaldum Comitem Comitatus ſui
feudũ ab Imperio Germanico diſ-
1284 trahere, Comitatui verò Burgun- 12
dico addicere voluiſſe, in ſui ipſius
& Othonis Burgundię Comitis fra
tris ſui gratiam: ideóq; eo nomine
multam octo millium librarum ab
Imp. Rodulfo pertuliſſe.

PHILIPPO Francorum rege in
expeditione Hiſpanica mortuo, Phi
lippus cognomine Pulcher ſucceſ-
ſit regnauitq; an. 28.

1285 EODEM autem anno Carolo
Siciliæ Rege & Prouinciæ Comite 13
ſimiliter obeunte, Carolus ſecũdus
filius eius Comitatu Prouinciæ po-
titur.

Huc

tre poſtea fuit occiſus. Hic verò atq;
eius poſteri partim Auſtriacis, par-
tim Sabaudiæ principib. quicquid
iuris in minore Burgundia obti-
nebant, tandem vendiderunt.

15

BVRGVNDIAE Dux cum qui-
buſdam Galliæ proceribus in auxi-
lium regi Siciliæ contra Petrum re- 16
gem Aragonũ hoc anno profectus
eſt. Guil. de Nangiaco.

PATERNIACVM atq; etiam Mo
ratum oppida, auxilio Bernẽſium,
& Friburgenſium à Rodulfo Cęſa-
re expugnatæ & Comiti Sabaudiæ 17
ereptæ: ante quàm autem iſtud con
tingeret, Albertus Argentinenſis &
Cuſpinianus autores ſunt, Impera-
torem cùm circa Moratum ab equo
deiectus fuiſſet, in lacum inſiliiſſe
armatum, & miro robore corporis
euaſiſſe: & cùm inde Friburgũ de-
latus eſſet, auxilio ſoceri ſui Bernar
di de Hohemberg collectis militi-
bus ex omni Sueuia, amiſſa recu- 18
peraſſe.

PHILIPPO Sabaudienſi Comi-
te mortuo, Amedeus hoc nomine
quartus, illius ex fratre Thoma ne-
pos, Comitatũ Sabaudienſem adi-
piſcitur, cui Magni cognomen attri
butum fuit, à rerum, vt aiunt, ab eo 19
geſtarum magnitudine.

 Bel-

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni Comitum Burgund.
1286		14	Bellvm inter Bernenſes & Friburgēſes atq; Comitem Gruyerenſem exortum.	20
1287	Hvc vſq; Gerardi de Aruernia Chronicon Abbatum Cluniacenſium.	15	Berna à Rodulfo Cæſare cũ 30.millium bellatorũ exercitu, bis fruſtra oppugnata. Munſterus.	21
1288		16		22
1289		17	Bernenses a Rodulfo Rodulfi Cæſaris filio prope illorum ciuitatem inſigni clade affecti. Munſterus.	23
1290		18	Dissidio exorto inter Robertum Burgundiæ Ducem & Othelinũ Burgundiæ Comitem, ex eo quòd Comes Ducis ſe eſſe beneficiarium penitùs negaret. Ideo Comes vt	24
1291	Rodvlfo Hapſpurgenſi Cæſare mortuo, Germani proceres Adolfum Naſſouienſem Comitem paulò pòſt delegerunt.	19	adverſus Ducis vim ſe muniret, Ioannam filiam ſuam Philippo Longo Philippi Pulchri Regis ſecundo filio deſponſauit, & nuptiarum nomine Comitatum ſuum omnéſq; ei	25
1292		20	adiacentes ditiones, tum Regi patri tum filio reſignauit & attribuit. Rex tamen poſſeſsione earum inita Burgundo Duci ſibi pro eis ſatisfaciendum eſſe iudicauit. Ex Tabulis veteribus.	26
1293	Pro Præfectura vrbana Biſontinenſis ciuitatis, Hugo & Iohannes Othelini Burgundiæ Comitis fratres grauiter inter ſe diſſentiunt.	21		27
1294	Adolfvs Imperator, ſtipendio ab Anglo rege accepto, bellum Galliç regi cum ſuperba denunciationis formula hoc anno indixit, nomine regni Arelatenſis & aliarũ	22	Evdo Montisferrandi Dominus, Biſontinenſis Vicecomes, Othoni Burgundiæ Comiti Vicecomitatum ſuum certo precio vendidit.	28
1295	prouinciarum, quas reges Franciæ ex Imperio detinere prætendebat: ſed cùm validiores ſua ſpe Gallorũ res eſſę vidit, ab incœpto ſuo nulla alia	23		29

Fri-

Anni Christi.		Anni Duc. Burg.		Anni Comitum Burgund.
1296	alia regeſta cum magna exiſtimationis ſuæ iactura deſiſtere coactus eſt: maximè cùm Albertus Auſtriæ Dux, ſe hoſtē illius iam apertè profiteretur, & in ea diſſenſione Heluetiorum Alpinorum tres pagi, nempe Vrij, Suiſsij & Vnderualdi Adolfo conſtanter adhærerent, & à ſuis nobilibus in Auſtriacum propenſioribus eo nomine grauiter premerentur, coitione facta eos agro ſuo penitùs expulerunt. Quod factum poſtea Henricus Imp. ratū habuit, & porrò inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit, iis priuilegiis, vt cætera liberi in capitalibus tantùm cauſis iudicem ab Imp. datum adhiberent, quem ſua lingua Præfectum vocāt: id quod libertatis Helueticæ originē primā fuiſſe volunt.	24		30
1297		25		31
1298		26	FRIBVRGENSES fœdere inito cum Sabaudienſi & Neubergenſi Comitibus, Bernenſes bello aggrediuntur, ſed ab eis clade afficiuntur. Munſterus.	32
1299	ALBERTVS Auſtriæ Dux occiſo in acie Adolfo Cæſare, Germaniæ creatur Auguſtus.	27	ALBERTVS Cæſ. ad colloquiū cum rege Franciæ in Lotharingia congreſſus, ſocietatem inter Francos & Germanos renouauit, controverſiis quæ inter ipſos exiſtebāt de Imperij Regniq; finibus ita compoſitis, vt Cæſar Gallo remiſerit quidquid Imperio Germanico maiores illius in regno Arelatenſi eripuiſſe Germani ægrè ferebant: Gallus vero Cæſari quæcunq; in regno Lotharingico & Alſatia ad ſe ſpectare veteri iure cōtendebat. Ex hiſtoria Epiſcoporum Treverenſium manu ſcripto.	33
1300		28		34
1301		29		35
1302		30	OTHONI ſive Othelino Burgundiæ Comiti, qui Mathildem Roberti Attrebatiū Comitis ad Curtracum cæſi filiam in vxorem duxerat, Attrebatenſem Comitatum Rex attribuit, cùm tamen ipſi Roberto ex filio eius Philippo maſcula ſoboles extaret.	36
1303	FRANCI Othone Burgundiæ & Attrebatū Comite Duce, adverſus Flandros ad Rauembergū proſperè pugnarunt.	31		37

Hum- Otho

Anni Christi.		Anni Ducum Burgund.		Anni Comitum Burgund.
1304	HVMBERTVS Allobrogũ Delphinus bellum hoc tempore cum Amedeo Sabaudiæ Comite ob finium controverſiam gerebat: idq́; vt Paradinus autor eſt, pauló ante quàm Philippus Rex cum Flandris ad Montem populeti prælio conflixiſſet: qua in re non ſibi conſtat, dũ id poſt Henrici Cæſaris in Italiam tranſitum contigiſſe putat.	32		38
1305		33		39
1306		34	OTHO ſive Othelinus Burgundiæ Comes obiit ſuperſtitibus duabus filiabus, nempe Iohanna, quæ Philippo Longo Pictauorum Comiti Philippi Pulchri Regis ſecundo filio, & Blancha, quæ Carolo Marchiæ Comiti fratri illius non ſatis fauſto coniugio nupſerunt: atq; etiam vnico filio Roberto, qui tamen patri in Comitatu minimè ſucceſſit, tum quòd in adoleſcẽtia obierit, tum quòd Philippum eius ſororium pater Comitatus hæredem ex pacto antè inſtituiſſet.	1
1307	HVMBERTO Allobrogum Delphino mortuo, Iohannes filius circa hæc tempora ſucceſſiſſe videtur. Paradinus.	35		2
1308		36	ALBERTO Cæſare à nepote ſuo nefariè cæſo, Interregnum aliquãdiu tenuit in Germania, dum proceres Germani in deligendo nouo Cæſare contrariis ſtudiis ſcinderentur. Tandem tamen Henricum Lucemburgenſem Comitem delegere.	3
1309	ROBERTVS Burgundiæ Dux obiit ſuperſtitibus tribus liberis, quos ex Agnete D. Ludouici Regis filia ſuſceperat, Hugone, Eudone & Roberto, ſed patri Hugo natu maximus in Ducatu ſucceſsit. Robertus verò ducta filia Iohãna Gulielmi Cabillonenſis Comitis Antiſsiodorenſis & Tornoduri, quam ex Eleonara Amedei Sabaudiæ Comi-	1	HENRICVS ad ſuſcipiendam Imperij coronam ex mandato Pontificis in Italiam traiecturus, per Amedei Sabaudiæ Comitis fines tranſiit, cúmque eo tempore Imperij principem inſtituit. Paradinus.	4

Lug-

Anni Chriſti.		Anni Ducum Burgund.		Anni Comitum Burgund.
	Comitis filia ſuſceperat, factus eſt poſtea Comes Tornoduri. Eodem verò anno Robertus Caroli cognomine Claudi Apuliæ Regis filius, patri mortuo in Prouinciæ Comitatū ſucceſsit. Apuliæ verò Regnū à Romano Pontifice eo iure quo pater obtinuit. Inde in prouinciam Phocēſem profectus, à popularibus vt Princeps exceptus eſt.			
1310		2		5
1311	TEMPLARIORVM ordo abolitus in Concilio Viennenſi. ROBERTO Roberti Burgundiæ Ducis filio Iohanna Gulielmi Antiſsiodorenſis Comitis filia &	3	LVGDVNENSEM ciuitatem opera Clementis Pontif. Rom. Philippus Rex ſuæ ditionis effecit. Chronicon Comitis à Monteforti.	6
1312	Iohannis ſoror deſponſata eſt, dotiſque nomine Comitatum Tornodorenſem à fratre obtinuit.	4		7
1313	HENRICVS Imperator dum Florentinis imminet, qui iam de ſalute ſua deſperabant, veneno in Euchariſtia dato à Dominicano quodam periit. Ea de cauſa Interregnū 13. aut 14. menſium in Germania tenuit. PATERNIACVM oppidum minoris Burgundiæ in Sabaudię Principis clientelam venit, oppidanis & iis quorū intererat ſeſe dedentibus, anno 1314. Ex Tabul.	5	NVRVS omnes Philippi Pulchri Francorum Regis, probri hoc anno cauſam dixere. Iohanna tamen Philippi Longi vxor abſoluta, Margarita autē Ludouici Vtini & Blanchia Caroli Marchię Comitis flagitij conuictæ. Ideò Margarita in cuſtodia miſerè periit, vnica filia nomine Ioanna relicta: Blanchæ verò libellus repudij datus.	8
1314	PHILIPPVS cognomine Pulcher Francorum Rex 3. calend. Decemb. huius anni obiit, vt ex veteribus monumentis & ſcriptoribus huius ſeculi cōſtat: non autem 1313. quemadmodum Gaguino, Aemilio & Tilio placuit. Illi autem tres liberi ſuperſtites fuerunt, Ludouicus cognomine Vtinus, qui ei in Francorum Regnum ſucceſsit, & matri in Nauarræ Campaniæq; ac Briæ opes iam ſucceſſerat: cuius fratres fuerunt Philippus cognomine Longus & Carolus Marchiæ Comes.	6	GERMANI proceres contrariis ſtudiis acti, Ludouicum Bauarum & Fridericum Auſtriæ Ducem paribus ſuffragiis Cæſares delegerūt: id quod Germaniam totā factionibus & ciuilibus bellis per plures annos atrociter dilacerauit. Nec eius incendij Heluetios Alpinos, quãvis remotiores, immunes reddidit: ſiquidem Suitij, Vrani, & Vnderualdi cum odio Auſtriacorum, ad quos pleriq; ex Nobilibus ſuis exules confugerant, Ludouico conſtanter adhæſere: nec quantumvis repugnantibus Præfectis ſuis, ad	9

Anni Chriſti. Anni Ducum Burgund.

Fridericum deficere voluere, quieti interim & otioſi ſpectatores Tragœdiæ: ſed cùm ideo à Præfectis (qui Auſtriacæ nobilitatis vicinia audentiores erant) graui tyrannide, & immodico Imperio premerentur, eius euertendæ cauſa, fœdus inter ſe clàm primùm inierunt, deinde manu facta nobiles omnes è regione ſua eiecerunt, & arces quaſdã exciderunt. Quo tempore Ludouicus Imperator aliis bellis occupatus, cùm illis auxilio eſſe non poſſet, literis tamen & legatis paganos ad conſtantiam hortatus eſt, & Pręfectis imperauit, ne quid grauius in illos molirentur. Stumpſius in Chron. Heluetic.

Hvgo V. Burgundiæ Dux Roberti tertij F. nullis rebus geſtis, nec vlla ſobole relicta obiit. Ei autem
1315 frater Eudo in Ducatum ſucceſsit. 1

Lvdovicvs cognomẽto Vtinus Francorum rex, regni ſui menſe decimo octauo non. Iuniis, ad Vicenarum ſaltum obiit, Conſtantia vxore grauida relicta, quæ menſe Nouembri Iohannem peperit, qui octo tantùm dies vixit: ex quo Philippus cognomine Longus Vtini frater, Pictauorum Comes, & ven-
1316 tris procurationem & infantis tute- 2
lam primùm geſsit. Mortuo autem pupillo, totius nobilitatis Franciæ conſenſu Rex ſalutatus eſt & coronatus, reclamante ab initio Eudone Burgundiæ Duce, qui Iohannæ nepti ſuæ (quam Vtinus ex Margarita Roberti Burgundiæ Ducis filia priore ſua coniuge procrearat) iure & paterno & fraterno Regnũ deberi cõtendebat: ſed cæterorum Franciæ procerum decreto cautum ius regni Francici lege Salica virorum tantùm, non etiam mulierum
1317 eſſe. Nihilominus Rex vt Burgun- 3
do ſatisfaceret, Ioannam trium filiarum natu maximam illi deſpondit, dote Burgundiæ Comitatu, in quem defuncto Othone auo materno Robertóq; auunculo ea virgo

Fridericvs Auſtriæ Dux, ac Leopoldus frater eius, audacia paganorum Heluetìcorum irritati, di-
verſis agminibus in illos contende- 10
runt: ſed cùm Leopoldus ſe in anguſtias quæ ſunt inter lacum Egrum & Mortgartum montem cum ſuis copiis intruſiſſet, nec ibi aciem expedire poſſet, equitatus verò iniquo loco pugnaret, mille & quingentis catafractis amiſsis in fugam coniectus eſt 16. cal. Decemb. huius anni. Qua victoria confirmati Heluetij, cùm etiam Auſtriacos ſibi in-
feſtiores futuros non dubitarent, 11
æternum fœdus inter ſe pro ſuæ libertatis tuitione inierũt: quod triũ pagorum ſiue trium Syluanorum locorum fœdus, populari autem idiomate ligam, dixerũt: vnde Heluetiorum, Suytiorum, nunc etiam notiſsimæ libertatis fundamenta quædam iacta videntur. Illud autẽ fœdus anno 1316. 5. idus Decemb. factum fuiſſe in Chron. Helueticis memoriæ proditum eſt: & Ludouici Imperatoris autoritate cõfirmatum, qui etiam capitalium cauſarũ
iudicium perpetuo priuilegio his 12
conceſsit. Cæterùm cùm à Suitzis tenuiſsimo Heluetiorum pago, recuperandæ libertatis autores orti primùm fuiſſent, Suicerorum nomen in Heluetios propagatum eſt, dum

go ſucceſſerat. Qua ratione Comitatus Palatini Burgundici ſimul ac Ducatus titulos, primus ipſe Odo geſtare cœpit.

dum antea penitus ignotum Hiſtoricis aliiſq; nationibus & inauditũ eſſet. Ideo iis minimè aſſentiendum puto, qui illius originẽ ad Sueuos revocãt. Tametſi enim Heluetij Alemanico Ducatui, qui Sueuicus poſtea dictus eſt, contermini quondam fuerint, horum verò nonnulli Sueuicis Ducibus etiam attributi, poſt obitum præſertim Rodulfi poſtremi Burgundionum regis, ſatis tamen conſtat Sueuicum nomen illic iamdudum hoc tempore obliteratum fuiſſe, Suicerorũ verò repentè emerſiſſe, vt ex Alberti Argentinenſis iſtius ſeculi æqualis Chronico deprehendi poteſt.

1318 4 Solodvrvm quòd Ludouici partes ſequeretur, Luipoldus Auſtriæ Dux obſedit: Bernates verò Kiburgenſium Comitum ditiones aggreſsi, eum ab hac obſidione revocarunt, & cum Heluetiis induciás tandem inire coëgerunt. Chron. Heluet.

1319 5 Pace Comiti Flandriç data, Ludouicus Niuernenſium Comes ex filio eius nepos, Margaritam regis Longi ſecundã filiam in matrimonium ducit. Maria verò tertia regis filia (vt illã vocat Tilius) Delphino Viennenſi non longo pòſt tempore nupſit. In veteribus autem tabulis & monimentis Izabellam regis Franciæ filiam nupſiſſe Guidoni Delphino, qui Iohanni patri circa hæc tempora in Delphinatum ſucceſſerat, invenio: idcirco loco Mariæ Iſabella legendum videtur.

1320 Agnes Reginaldi Montisbelgardi Comitis maior natu filia, Henrico Montisfalconis Domino hoc anno nupſit. Qua ratione Henricus ipſe Comitatum Montisbelgardi poſt ſoceri ſui obitum aſſecutus eſt, cùm ille vnicum filiũ nomine Othelinum adhuc infantulũ paucis annis ſibi ſuperſtitem reliquiſſet. Ex veteribus Commentariis.

1321 Reginaldvs Othelini Burgundiæ Comitis frater & Montbelgardi Comes circa hæc tempora obiit. Præter Agnetem autem ei Iohanna Rodulfi Marchionis Badenſis vxor filia fuit.

1322 Qvarto Nonas Ianuarij iſtius anni, quo calculo Gallico 1321. adhuc numerabatur, Philippus cognomine Longus Francorum rex obiit, nulla ex ſe virili prole ſuperſtite.

Fridericvs Auſtriæ Dux ſignis collatis cum Ludouico Bauaro æmulo ſuo congredi auſus, victus & captus eſt: vt Nauclerus & Onufrius teſtãtur: id quod alij an-

Anni Chriſt.			Anni Duc. Burg.
	ſtite. Ideo Carolus Pulcher frater eius iure Salico regnum Francicum poſt illum adeptus eſt.	no ſequenti tantummodo aſcribunt.	
1323		AMEDEO cognomine Magno, Sabaudiæ Comite mortuo, Eduardus filius eius ſucceſſit, cui Blancha Roberti Burgundiæ Ducis (quem Paradinus malè Philippum in hiſtoria Sabaudica nominat) filia, Eudonis autem ſoror, iam nupſerat.	9
1324			10
1325	BELLVM inter Bernates & Comitem Neuvembergẽſem hoc tempore geſtum. Munſt.		11
1326			12
1327			13
1328	CAROLVS Pulcher Francorum rex cal. Febr. ad Vincennarum ſaltum moritur, vxore grauida relicta, quæ cùm tandem puellam peperiſſet, Philippus Valeſij Comes trium ſuperiorum Regum patruelis omnium procerum Francorum conſenſu rex ſalutatus eſt & conſecratus, ſpreto Eduardo Anglorum rege, qui regnum Gallicum iure materno ſibi deberi contendere auſus erat.	GVILLIELMO Geneuenſi Comite mortuo Amedeus filius ſucceſſerat, qui ſocietate inita cum Guidone Viennenſi Delphino, bellum Eduardo Sabaudiæ Comiti hoc tẽpore intulit, eúmq; prælio ad Montem Mortarij cõmiſſo inſigni clade affecit, cùm ab eodem paulò antè non leuiorem pertuliſſet. Parad.	14
1329		EDVARDVS Sabaudiæ Comes virium reparandarum cauſa in Galliam profectus, contracto morbo Lutetiæ vita defungitur, vnica filia ſuperſtite, quæ Britanniæ Duci nupſerat: ſed illa viróq; illius repudiatis, Sabaudi Amedeũ defuncti principis germanum ſibi præeſſe maluerunt. Parad.	15
1330			16
1331	BERNENSES auxilio Solodurenſium & Baſilienſium Hartmanno Kiburgenſi Comiti & Friburgenſibus		17

Lu-

Anni Christi. — *Anni Ducum Burgund.*

ſibus bellum inferunt, eiſq; nonnulla quædam oppida & caſtella eripiunt. Munſterus.

GVIDO Viennæ Delphinus bellum cum Sabaudiæ principe gerẽs, in oppugnatione cuiuſdam caſtelli vulnere ab hoſtibus accepto occubuit. Ei autem in Delphinatum frater Humbertus ſucceſsit, Delphinorum Viennenſium vltimus. Iſabella verò defuncti vidua Philippi
1332 Longi regis filia, Iohanni de Foſsigniaco iterum poſtea nupſit. Cæterùm P. Aemilius ex Pio Pontifice narrat, Guidonẽ bello inclytum, ſed alienarum vxorum pudicitiæ infeſtum fuiſſe. Et cùm illi Iohannes Bohemiæ rex (qui eo tempore Italorum factionibus inuitatus copias ſuas in Inſubriam traduxerat) ſocio amicóq; hoc poſtremo bello auxilio ire cõſtituiſſet, filium eius Carolũ per quietem viſum ſibi videre fuiſſe, viri diuina ſpecie præditi iuſſu, præſtanti iuuenem forma editiorem in locum raptum, detractáq; veſte exectum: ſibiq; interroganti, cur & quiſnam tam egregia indole adoleſcens tam fœdè atrociterq; haberetur, reſponſum Delphinum aliena cubilia attrectare ſolitum meritas pœnas numini dare. Nec vanum fuiſſe ſomnium, cùm biduo pòſt certus nuntius advenerit, Allobrogem in oppugnatione cuiuſdam oppidi telo hoſtium interiiſſe.

LVCERNA ciuitas fœderi trium pagorum Helueticorum ſe iunxit. Ex quo fœdus illud non amplius trium, ſed quatuor ſyluanorum locorum cõfœderatorum dictum eſt. Sub quod etiam tempus Haſslenſis regio ſe Bernatibus fœdere perpetuo aſſociauit. Chron. Heluet. 18

1333 ROBERTVS Tornodurẽſis Comes, frater Eudonis Burgũdiæ Ducis obiit idib. Octob. 19

1334 20

IOHANNES Cauillonenſis &
1335 Antiſsiodorenſis Comes Germanorum & affiniũ ſociorúmq; ſuorũ auxiliis fretus, Eudoni Burgundiæ Duci bellum hoc tempore intulit, conqueſtus ſe vectigalibus ſalinarum ab eo fraudari, adeo vt cùm le-
1336 uioribus prælijs rẽ aliquandiu geſſiſſet (in quibus Stampanus Comes qui Cauillonenſis partes ſequeba-
1337 tur occiſus fuit) Chaucũ verò duodequinquaginta dierum obſidione oppu-

PAX inter Delphinum Viennenſem & Sabaudiæ Comitem opera Philippi Valeſij regis inſtituta. 21

EXORTA ſeditione in vrbe Tigurina, remotus eſt ab officio totus Senatus alio nouo in eius locum ſubrogato. Munſterus. 22

23

oppugnationeq́ domitum fuiſſet,
Veſontio autem in hyemem vſque
vim ſuſtinuiſſet, autoritate tandem
1338 Franci Regi pace facta, ab armis
diſceſſum eſt ſuo Cauillonenſi iure
reddito. Annal. Franc. Aemilius.

1339

ANGLORVM Rege Tornacum
oppugnante, Flandri ad 30. millia,
ſive, vt alij ſcripſerunt, 50. cum qui-
buſdam Anglorum cohortibus fa-
num Odomari, quod præſidio Fran
1340 cico tenebatur, tẽtare Roberto Ar-
teſio Duce auſi ſunt: ſed erumpen-
tibus Frãcis cum Eudone Burgun-
diæ Duce inſignem cladem perpeſ-
ſi ſunt.

CONVENTVS iudicum à quibus
iudicia ſine provocatione fierẽt, ac
velut è ſinu Principis peterentur, è
toto Delphinatu, Gratianopoli ab
1341 Humberto Delphino, hoc anno in-
ſtitutus & collocatus. Eius autem
nomen à Ludouico fil. Rege in par-
lamentum poſtea commutatum.

ROBERTVS Neapolitanorum
Rex & Provinciæ Comes 14. calen.
1342 Febr. obiit, cùm antea Iohannam
Caroli filij ſui Calabriæ Ducis (qui
ante ſe obierat) filiam, Regnj ſui &
Provinciæ Comitatus hęredem te-
1343 ſtamento ſuo inſtituiſſet, quòd nul
la illi alia ſoboles extaret.

1344

PHILIPPVS Eudonis Burgun-
diæ

NOBILES Vchtlandiæ libertati
Confœderatorũ Syluanorum in-
feſti, occaſionem belli adverſus eos 24
gerendi ſibi quærendam eſſe ſta-
tuerunt. Coactis itaque copiis, ca-
ſtrum quod Loppen dicebatur, du-
ctu Neuuembergenſium, Fribur-
genſis, Sabaudienſis, Furſtember- 25
genſis & aliorum Comitum, Ber-
nenſibus vi eripuit. Qua de cauſa
Bernenſes invictis ſibi copiis Syl-
uanorum Suitiorũ, hoſtes ſuos nu-
mero longè ſe ſuperiores inſigni
prælio profligarũt. Quam cladem
cùm Friburgenſes vlciſci cuperent,
anno ſequenti rurſus cum Auſtriæ 26
Ducis ſuppetiis in Bernenſium di-
tiones irrumpere auſi ſunt: verùm
occurrentibus Bernenſibus ſeptin-
gentis ſuorum deſideratis fœdè re-
pulſi ſunt. Chronic. Heluet.

AGNETIS Alberti Cæſaris filiæ
& Regis Hungariæ viduæ opera
Bernates domui Auſtriæ reconci-
liati ſunt. Munſterus.
27

AMEDEO Sabaudiæ Comite
mortuo, Amedeus ſextus eius filius
in principatu eius ſucceſsit, quem 28
Comitis viridis cognomine nun-
cuparunt.

29

30

Co-

diæ Ducis filius, Iohannem Nor-
1345 manniç Ducem Philippi Valeſij fi-
lium in Aquitaniam ſequutus, in
oppugnatione caſtelli Aguillonis
obiit, vnico filio nomine Philippo,
& filia nomine Iohanna (quæ Sa-
1346 baudiæ principi poſtea nupſit) ſu-
perſtitibus, quos ex Iohanna Guil-
lelmi Bononiæ Comitis filia pro-
crearat.

1347

Margarita Ludouici Flan-
driæ Comitis vnica filia infantiæ
annos vix adhuc egreſſa, Philippo
Philippi Burgundi defuncti filio
1348 adhuc infantulo deſponſata eſt.

Evdoni Burgundiç Duci mor-
tuo, Philippus nepos adhuc infans
in Ducatu & Comitatu Burgundi-
co ſucceſsit, ſub procuratione &
tutela Ioannæ Bononiæ Comitiſ-
1349 ſæ matris: quç eodem anno ſecun-
das nuptias iniit cum Iohanne Va-
leſio Philippi Regis maximo filio.

Philippvs cognomine Vale-
ſius Francorũ Rex, anno poſtquam
1350 regnare cœperat, 22. obiit, relictis
duobus liberis, quos ex Ioãna Eu-
donis Burgundiæ Ducis germana
1351 ſuſceperat, Iohanne qui illi in Re-
gnum

31

Comes Gruyerẽſis auxilio quo-
rundam nobilium Valeſianorum
Bernatibus bellum intulit, in quo 32
ſignis collatis dimicatum eſt. Mun-
ſterus.

Qvo etiam anno Pontifex Ro-
manus, multiplici ignominia nota-
to Ludouico Bauaro cum Germa- 33
nis proceribus egit, vt alium Cæſa-
rem ſibi obedientiorem deligerẽt.
Ea de cauſa Carolũ Iohannis Boë-
miæ Regis filium repudiato Baua-
ro Cçſarem ſalutarunt: idq; id. Iulij
an. 1346. Nihilominus Ludouico
ipſo mortuo 5. id. Octob. an. 1347. 34
Interregnum fuiſſe dicitur anni 1.
menſiũ 3. dier. 20. eo quòd Caroli,
qui eius nominis IIII. fuit, electio
non antè rata fuit habita à fautori-
bus Ludouici.

Hvmbertvs Delphinatium
princeps cùm dolore amiſsi vnici
filij ſtatueret ſe cœnobio Domini-
canorum ſacrare, dominatúmque
ſuum (cuius caput eſt Vienna Allo-
brogum) Romanis Pontificibus 1
non magno precio addicere, Nobi
libus ſuæ gentis impellentibus, Re-
gi Franciæ addixit: ea lege vt filij
Regum maiores natu Delphini vo-
carentur, Delphinatúſque illorum
eſſe diceretur.

2

Lvcerna atq; Glarona Tigu-
rinis fœdere ſe ſociarunt. 3

Alber-

Anni Chriſti.			Anni Ducum Burgund.
	gnum ſucceſsit, & Philippo Aurelianenſi Duce.		
1352	ZVGORVM Pagus Suitzenſibus Heluetiis fœdere ſe coniunxit. Chr. Heluet.	ALBERTVS Auſtriæ Dux, iunctis ſibi copiis Comitis Vuirtembergenſis, Tigurinam ciuitatem circa hæc tempora ſecundò atq; tertiò obſedit.	4
1353			5
1354	CAROLVS Regis Iohannis filius primus Delphinus & Dux Normanniæ.		6
1355			7
1356	PVGNA Pictauienſi Iohannes Rex ab Anglis capitur.		8
1357		TIGVRINI quòd à confœderatione Heluetiorum diſſociari nollent, à Carolo Imperatore circa hæc tempora irrita obſidione oppugnari.	9
1358			10
1359			11
1360			12
1361	PHILIPPVS Burgundiæ Dux ineunte adoleſcentia defunctus eſt prope Diuionem 21. die Nouembris, nullis ſuperſtitibus liberis. Ex quo Iohannes Francorũ Rex, tum quòd ex Iohãna magna ſorore Eudonis Ducis & Philippi Ducis amita à Philippo Rege procreatus eſſet, in Ducatum Burgundicum ſucceſſit, tum quòd Ducatus ille vt beneficium	MILITVM colluuies qui bellis ſuperioribus Anglo & Franco Regibus meruerant, & pace facta in vnum coierant, vaſtata Campania & Lotaringia, in Alſatiam, deinde in omnes Burgundias ſeſe effuderunt, vaſtitatémque oppidis, viliis & agris inferentes, magnis munitíſque ciuitatibus, atq; etiam toti Germaniæ formidabiles extiterũt. Hen-	13

ficium Francicum, Salica conditione maſculis ceſſantibus delectum, ac Regnum Gallicum rediiſſe videretur. A quo ideo Carolus Nauarræ Rex excluſus, qui ex Margarita Burgundica ſorore Iohannæ deſcenderat. Sed in Comitatu Burgundiæ Attrebatiúmq́; Margarita alia Longi Regis filia, (quæ Ludouici Flandriæ Comitis mater & auiæ iſtius Philippi ſotor extiterat) cùm adhuc in viuis eſſet, ſucceſsit. Hac igitur ratione Hugonis Capeti maſcula ſtirps directa ceſſauit in Burgundię Ducatu. Iureiurandi autem ſacramento ſe ſuóſq́; poſteros fertur Rex obſtrinxiſſe nunquam illum à Regno ſuo alienaturum.

Anni Christi.			Anni Ducum Burgund.
1362		HENRICVS Comes Montisbelgardi, Vicarius Imperij in prouincia Biſontinenſi, tertio non. Aug. à Carolo Cæſare hoc anno inſtitutus.	1
1363	PHILIPPVM cognomine Audacem Iohannes Rex, pater, Burgundiæ Ducem creauit & inſtituit. cuius rei extat inſtrumentum ſcriptum Germiniaci ad Matronā die ſexta Sept.		2
1364	IOHANNES Francorum Rex anno Regni ſui 14. octauo aut 10. Aprilis die in Anglia defunctus eſt, ſuperſtitibus quatuor liberis, Carolo quinto, qui ſibi Sapientis nomen comparauit, eiq́; in Regnum ætatis prærogatiua ſucceſsit, Ludouico Andium, Iohanne Biturigum, & Philippo Burgūdionū Ducibus.	DVCATVS Burgundici donationē Philippo fratri Carolus Rex ſecundo Iunij confirmauit ratámq́; habuit.	1
1365		HENRICO Montisbelgardi Comiti mortuo Stephanus filius circa hæc tempora ſucceſsit: qui etiam Henrici Comitis Orbenſis ex Margareta de Cabilone coniuge pater fuit.	2
1366	PHILIPPVS poſſeſsionem Ducatus Burgundiæ init.		3
1367		FRIBVRGENSES bello ſuſcepto adverſus Egonē Kiburgenſem Comitem, eô adegerunt illum, vt Comitatum Friburgēſem & ius quod in Friburgum habebat, domui Auſtriæ vendiderit. Poſtea tamen Friburgenſes magno precio ſeſe ab Auſtriacis redemerunt.	4
1368			5
1369	MARGARITA vnica filia Ludouici Comitis Flandriæ Philippo Audaci Burgundiæ Duci nubit.		6

Anni Chriſti.			Anni Ducum Burgund.
1370	CONVENTVM iuridicum Burgũdiæ Philippus Dux Belnæ hoc anno collocauit, ſed poſtea Diuioni translatus fuit.		7
1371			8
1372			9
1373	AMEDEVS eius nominis ſextus Sabaudiæ Dux defunctus eſt. non abſq; errore autem Paradinus ſcripto tradidit illum cum Ludouico	PATERNIACVM oppidũ à Valeſiis fruſtra obſeſſum menſe Nouembri. Chronic. Heluet.	10
1374	Andium Duce in Italiam adverſus Vrbanum VI. Ro. Pont. profectum fuiſſe, ibique deceſsiſſe, niſi longo poſt tempore obierit. Conſtat interim Amedeum filium illi in Principatu Sabaudienſi ſucceſsiſſe.		11
1375		INDVCIIS inter Francũ & Anglum Reges conſtitutis, militum tam Gallicorum quàm Anglorum qui illis meruerãt colluuies, eadem via qua ſuperioribus annis in Alſatiã delata eſt.	12
1376		Sed cùm inde in Heluetiorum fines contenderent, occurrentibus Auſtriacis cum Bernatibus & Baſilienſibus fuſi fugatiq; ſunt.	13
1377	ANGLOS Caſino crebrò erumpentes Burgũdiæ Dux crebris præliis devicit, circũiecta quædam oppida, maximè verò Ardeam cepit, hoſtes intra Ltij mœnia compulit. Froſſardus.		14
1378	CAROLVM Francorum Regem Carolus Imperator, cùm Lutetiam Pariſiorum veniſſet, vicarium Imperialem in Regno Arelatenſi inſtituit & aliquot caſtellis donauit. Beatus Rhenanus.	CAROLVS IIII. Imperator ex Gallia, vbi magnificẽtiſsimè à Rege nepote exceptus fuerat, reverſus, Pragæ 3. cal. Decemb. obiit, teſte Naugiaco & Auctino: licet Cuſpinianus & Onufrius 6. Martij vel April. cal. ſcripſerint an. 1379. Ideo	15
	FLANDRIAE plebs adverſus Comitem ſuum & nobilitatẽ Flandri-	VENCESLARIS filius eius, quẽ pater Cæſarem tribus antè annis deſi-	

Anni Christi. *Anni Ducum Burgund.*

dricam rebellat: ideo Burgundiæ
1379 Dux ſocero ſuo in auxilium profe-
ctus eſt.

CAROLVS V. cognomine Sa-
piens anno Regni ſui 17. decimo
1380 ſexto autẽ cal. Octob. obiit, tribus
relictis liberis, Carolo, Ludouico,
Catharina. Carolũ qui ſextus fuit,
tertiumdecimum annum ingreſ-
ſum, Proceres & Optimates Regni
coronandum curauerunt, Ludoui-
1381 co Andium Duce patruo illius re-
ctore Franciæ, Philippo verò Bur-
gundię & Borboniĳ Ducibus tuto-
ribus illius inſtitutis.

CAROLVS de Duracio Siciliæ
Rex à Papa Vrbano creatus Ioan-
nam Apuliæ Reginam ſtrangula-
ri curauit: cùm illa tribus antè an-
nis Ludouicum Andium Ducem
Caroli V. Regis fratrem in filium
1382 adoptaſſet, & Siciliæ vtriuſque Re-
gem atq; Prouinciæ Comitem de-
ſignaſſet. Idcirco ea mortua, & Re-
gni Neapolitani & Comitis Pro-
uinciæ titulos aſſumſit, traiectiſ-
que Alpibus cum 30. millium e-
quitum exercitu in Apuliam, ad il-
lius Regni iura aſſerenda, profe-
ctus eſt. Vbi cùm oppida & caſtella
quædam in ſuam ditionem redegiſ
ſet, morbo ad Barium Apuliæ vr-
bem quam oppugnabat cõtracto,
1383 12. cal. Octob. anni 1384. defunctus
eſt, ſuperſtitibus duobus liberis, Lu
douico & Carolo, qui illi in iura
titulóſque, tum Regni Sicilienſis,
tum Comitatuũ Prouinciæ & An-
dium ſucceſſere.

LVDOVICO Flandriæ Comite
& Margarita eius cõiuge mortuis,
1384 Philippus Burgundiæ Dux iure v-
xoris ſuę, Flandricum, Attrebaten-
ſem,

deſignauerat, Imperium iniit, o-
mnium qui fuerunt Cæſarum igna- 16
uiſsimus.

17

18

PHILIPPO Audace patruo po-
ſtulante, Carolus Rex, bellum ad-
uerſus Flandros ſuſcepit.

PAX inter Auſtrię Duces & Cõ-
fœderatos Heluetios interrũpitur,
cùm Auſtriaci ſubditos quoſdam
ſuos (quòd ius ciuitatis à Lucerna- 19
nis accepiſſent) capite multaſſent.
Ideo Lucernani Rotembergũ ca-
ptum diruerunt.

SEMPACHIANI ciues ab Au-
ſtriacis deſciſcentes, ſe confœdera-
tioni Helueticæ adiunxerunt: quo-
rum exemplum multi aliĳ populi i-
deo ſequuti ſunt.

20

21

ſem, & Burgundicum Comitatus,
ſuo Imperio dominióq; adiunxit.

PRVDENTIA Philippi Burgun
diæ Ducis, bello Flãdrico finis im-
1385 ponitur.

1386

1387

VALESII ſuperiores Amedeum
Sabaudiæ Comitem regionem il-
lorum hoſtiliter ingreſſum ad Vi-
ſpam vſq;(interfectis quatuor circi
tèr millibus, inter quos ex nobili-
1388 tate Sabaudica permulti) prælio ſu
perarunt, & in domum ſuam refu-
gere coëgerunt.

LVDOVICVS ſecundus Ludo-
uici Andegauenſis Ducis & Comi-
tis Prouinciæ filius, à Papa Clemen
1389 te 7. cal. Nouemb. Auenione Apu-
liæ Rex coronatus eſt.

DELPHINVS & Sabaudiæ Co-
mes, cùm de Marchionatu Saluſ-
ſiorum inter ſe contenderent, litem
1390 ſuam Gallici Senatus iudicio diri-
mendam ſua ſponte commiſerunt.
Comes aũt iudicio victus. Bodin.

1391

1392

1393

Iohan-

LEOPOLDVS Auſtriæ Dux, in-
iuriis damniſq; plurimis à confœ-
deratis affectus ingentem ex ſuis 22
viciniſq; exercitum conſcripſit. Sed
dum ad Sampachium oppidũ con-
tendit, occurrentibus hoſtibus, idi-
bus Iulŋ prælio vincitur & occidi-
tur cum inſigni ſuorum nobiliũ nu 23
mero: id quod Heluetiorum exiſti-
mationem nomẽq; apud omnes
nationes mirabiliter commẽdauit, 24
eorúmq; libertati magna incremen
ta addidit. Nihilominus Leopoldi
filius, paternæ cladis vlciſcendæ cu
pidus, nouas copias pauló pòſt co-
ëgit, quæ cùm Vuirtembergenſis & 25
Tockemburgenſis Comitum du-
ctu, in vallem Glarenſem irrumpe-
re conarentur, à paucis Glareanis
magnam iterum ſtragem perpeſſæ
ſunt. Tandem tamen annonæ Hel-
uetios & pecuniæ inopia Auſtria-
cos ceſſationem armorum inter ſe 26
in quoſdam annos facere coëgit.
Chr. Heluet. Naucl. Munſte. Id ve-
rò annis 1385. & 1386. geſtũ traditur.

27

28

29

MARIA Philippi Burgũdiæ Du
cis filia Amedeo Sabaudiæ Comi- 30
tis filio deſponſata. Ex Tabulis.

Leo-

Anni Chriſti.			Anni Duc. Burg.
1394		LEOPOLDO Auſtriæ Ducis filio Catharina eiuſdem Ducis Burgundi filia nubit.	31
1395			32
1396	IOHANNES Philippi Burgundiæ Ducis filius, cum nobiliſsimis ac potentiſsimis Galliæ viris, per Germaniam, Sigiſmundo regi Hungariæ auxilium laturus, adverſus Turcas in Hungariā profectus eſt. vbi profligato Chriſtianorum ad Nicopolim exercitu captus eſt. in qua etiā expeditione Henricus Stephani Comitis Montisbelgardenſis vnicus filius obiit, patre adhuc ſuperſtite.	BELLVM inter Abbatem S.Galli & Abbacelenſes: qui inito fœdere cum Suitiorum pago, ab eis ſuppetias obtinent. Munſterus.	33
1397 1398	AMEDEO ſeptimo, decimo quinto Sabaudiç Comite mortuo, Amedeus filius in Sabaudienſi principatu calend. Nouembris ſucceſsit. qui poſtea Ducis titulum à Sigiſmundo Imperatore obtinuit. Munſterus tamen patrem illius Aimonē nominat.	STEPHANVS Montisbelgardi Comes moriens quatuor ex Henrico filio neptes ſuarum rerum hæredes habuit, nempe Henricam, Iohannam, Agnetem & Margaritam. Henricam autē paulò poſt aui obitum Eberhardo, Eberhardi Comitis Vuirtembergenſis filio nupſiſſe, eiq; eo nomine Montisbelgardi Comitatum, quem ætatis prærogatiua ad ſe trahebat, detuliſſe conſtat. Iohanna verò Ludouico Cabilonenſi, Agnes Theobaldo Noui caſtri Domino, Margarita Humberto Comiti de Rupe collocatæ fuerunt.	34 35
1399		VENCESLAO Ignauo Cæſari & Boēmiæ regi à Proceribus Germanis abrogatum Imperium 13. cal. Septemb.	36
1400 1401	LVDOVICVS Caroli ſexti regis primogenitus Viennæ Delphinus.	IN locum Venceslai Fridericus Brunſuicenſis Dux menſe Maio ſufficitur. Eo verò à Comite Valdeko nonis Iuniis interemto, Roberto Comiti Palatino 4. id. Septembris Imperiū delatū eſt. Cuſpin. Naucl.	37 38

Anni Chriſti.			Anni Ducum Burgund.
1402			39
1403	SIMVLTATES ex rerum adminiſtrandarum æmulatione ortæ inter Aureliæ & Burgundiæ Duces regnum Gallicū turbare incipiunt.		40
1404	PHILIPPVS Audax Burgundiæ Dux 5. cal. Maij obiit, ſuperſtitibus tribus liberis, Iohanne (qui poſt patrem Ducis ſumſit inſignia) Anthonio Rethelenſi & Philippo Niuernenſi Comitibus. quorum mater cum anno ſequenti etiam obiiſſet, iura Flandrici, Arteſij & Burgundici Comitatus Iohanni ſimul etiā		1
1405	reliquit.	DVCIS Auſtriæ copiæ, quæ pro Abbate S. Galli adverſus Abbacellenſes pugnabāt, dum Abbacellam expugnatum irent, ab hoſtibus ſuis profligatę ſunt. Quo etiam tempore Baſilienſes cum Auſtriacis bellū geſsiſſe cōmemorātur. Munſterus.	2
1406		ABBACELLENSES Comiti Brigantino bellum inferunt. Tandem verò Roberto Cæſare partes ſuas interponente, cū Abbate ſuo reconciliati ſunt.	3
1407	IOHANNES Burgundię Dux vir factioſus & turbulentus, dum atroces inimicitias cum Ludouico Aurelianenſi Duce exercet, illum inſidiis miſerabiliter circumventum, necandum ſicariis Lutetiæ prębuit 10. cal. Decembris. Deinde factum in aperto eſſe intelligens, profugit.		4
1408	EBVRONES Epiſcopo ſuo rebelles, Iohannes Burgundiæ Dux, iunctis ſuis copiis cum Guillielmo Batauo Hannoniæ Comite, atroci clade profligauit id. Septemb. Ex quo Iohannem vrbis Epiſcopum obſidione liberauit. Bur-	HELVETIORVM Confœderatorum copiæ, dum caſtrum Brigantinum iterum oppugnant, exercitū Vuirtembergenſis Comitis, & Nobilium Sueuiæ in auxilium properantem in fugam verterunt. Illi verò reparatis pauló pòſt viribus, confœderatos adorti ſuam cladem grauiter vlti ſunt. Nauclerus. Id tamen Mun-	5

BVRGVNDIAE Dux ad cauſam
cædis dicendã vocatus, magna mi-
litum turba ſeptus, ſeſe in Senatum
contra viduam Aurelianenſem re-
præſentauit, cædem iuſtè factã eſſe
1409 contendens. Quod tamen minimè
approbatum, ſed metu venia gra-
tiáq; illi facta. Hinc ciuilibus diſcor
diis tota Gallia miſerabiliter exar-
ſit, nec tam atrocia tempora antea
vnquam viſa.

IN Lepontinis à Confœderatis
Heluetiis res hoc anno geſta.

LVDOVICVS Andegauenſis co
piis ex Prouincia Cœnomaniſq; ac
Andibus excitis, ſimul etiam Flo-
rentinorum & Pontificis ſubnixus
1410 auxiliis, Ladislaum regem in regni
Neapolitani fines ex agro compul-
ſum, ac in certamẽ æquo marte de-
ſcendere coactum, tanta clade affe-
cit, vt ſupplex à Iohanne Pontifice
pacem legéſq; acceperit.

LVTETIAE laniorum ſeditio ſę-
pe orta pro Burgundione.

1411

BITVRIGVM vrbs à rege Caro
1412 lo & eius filio Delphino Burgun-
dionis impulſu obſeſſa.

LVDOVICVS Delphinus Aqui
1413 taniæ Dux, pulſo Burgundione re-
gni adminiſtrationem accipit.

DVCTVS in Burgundionẽ re-
1414 gius exercitus quædam oppida de
illo in Attrebatibus cepit.

GALLI ad Agincurtium prope
Blangiũ cum Anglis 8. cal. Octob.
1415 infeliciter pugnant, vbi Burgundio
ſuos fratres amiſit. Paulò pòſt autẽ
Ludouicus Delphinus obiit, quem
mox etiam anno ſequenti ſequutus
eſt

Munſterus ſolis Abbacellẽſibus at-
tribuere videtur.

6

ROBERTO Palatino Imperato-
re 16. cal. Iunij (vt Epigrãma, quod
eſt ad eius tumulum, teſtatur) mor-
tuo, Germani proceres tribus pòſt
menſibus, nempe 12. cal. Octobr.
Iodocum Morauiæ Marchionem,
virum iam (vt aiunt) nonagenariũ, 7
ei ſubſtituerunt, qui ſuæ electioni
nõ plus quàm ſex menſibus ſuper-
ſtes fuit.

IN Iodoci 13. cal. Aprilis demor-
tui locum, Germani proceres Sigiſ-
mundum Hungariæ regem nepotẽ 8
eius, Caroli verò quarti filium, Im-
perio Germanico præfecerunt.

9

10

11

DITIONES multas Auſtriæ Du
cis, Conſtantienſis Concilij decre-
to damnati, ſibi conterminas con- 12
fœderati Heluetij occupant. Quo
etiam modo Schaffuſia ciuitas ſuæ
libertati fuit reſtituta.

Ame-

eſt Iohannes frater eius. Ideo Carolus frater illorum Delphinus factus eſt, qui patri in Regno poſtea ſucceſsit.

BVRGVNDIONIS factio iterũ
1416 Lutetiæ fit ſuperior.

LVDOVICVS III. Andegauenſis
1417 Apuliæ rex & Provinciȩ Comes, obiit tribus ſuperſtitibus liberis, Lu-
douico IIII. Renato & Carolo,
1418 quorum Ludouicus ei in iura titulóſq; regni Neapolitani & Comitatus Provinciæ ſucceſsit.

IOHANNES Burgundiæ Dux
1419 iiſdem inſidiis quibus antea Aurelianum Ducem exceperat, ad Monſteriolum oppidum vbi cum Delphino de pace colloquuturus convenerat, periit 4. id. Septemb. vnico filio nomine Philippo ſuperſtite & omnium ſuarum ditionum hȩrede.
1420 Qui in vltionem paternæ necis ſocietatem cum Anglo rege iniit, eiq; Regem, Reginam, Lutetiã & quidquid ſuæ factionis habebat, anno 1420. in manus tradidit.

TARRACONENSIS Rex claſſe
1421 advolans, Maſsiliam Andegauenſium Ludouicorum vrbem repentino adventu cepit diripuitque, nec claſſem niſi præda onuſtã reduxit.

CAROLO ſexto Franciȩ rege 12. cal. Nouemb. mortuo, Carolus ſe-
1422 ptimus filius Regni iura titulóſque aſſumſit: licet illis adhuc omnino per Anglos frui non licuerit.

IOHANNA Neapolitana regina Alfonſo Tarraconenſi irata, ado-
1423 ptionem reſcidit, & Ludouicũ Andegauenſem adoptatum Roma acceſſit, & Calabriæ Ducem facit.

Diſsi-

AMEDEVS primus Sabaudiæ
Dux à Sigiſmundo Cæſare inſtitu- 13
tus.

14

LVTETIA cum Rege & Regina
in poteſtatem Burgundionis redi- 15
gitur.

16

MARTINVS Pontifex Rom. conqueſtus ab Iohanna Neapolitana Regina non quantas ſpoponderat copias adverſus hoſtes Eccleſiȩ mit-
ti, Ludouicum Andegauenſem re- 1
gem Neapolitanũ nuncupat, eúmque ad illud Regnum ſibi afferendum evocat.

2

HELVETII Bellizonam ſive Bilitionum (quod eſt iuxta Ticinum ſupra Verbenum lacum) oppidum quod illis Mediolanenſis Dux vi
ademerat, recuperaturi, copias ſuas 3
in eum duxerunt, quibus illius exercitum non abſq; ſuorum quoq; iactura tertio nonas Iulij (licet alij
pro nonis cal. legant) profligarunt.
Qua de cauſa pacem ab eis accipe- 4
re coactus eſt. Chron. Germanicũ. Sabel.

Rheti

1424

1425 DISSIDIO exorto inter Burgundiæ & Gloceſtriæ Anglum Duces (qui Hollandiæ & Hannoniæ Comitiſſam, viuo adhuc eius marito ſibi cõnubio iungere volebat) Burgundio quaſdam Anglorum copias in Hollandia profligauit.

1426 BVRGVNDVS ductis iterum in Batauiam ſuis copiis, reliquos fautores Comitiſſæ profligauit: qua de cauſa Hollandiam ferè totam in ſuam poteſtatem redegit.

1427

1428 AVREI velleris Equitum inſtitutio à Philippo Burgundiæ Duce.

1429 AVRELIANVM ab Anglis & Burgundis diu obſeſſum auſpiciis & ductu vnius puellæ nomine Ioannæ liberatur, & ab eo tempore Francis res melius ac felicius procedere cœperunt.

1430

1431 RENATVS Dux Ambarus Ludouici Andegauenſis Siciliæ regis frater, dum pro Ducatu Lotharingiæ bellum in Antonium Comitem Valdemontenſem mouet, ab exercitu Burgundionum prælio victus & captus eſt, deinde ad ipſum Burgundiæ Ducem adductus.

1432

RHETI ad ſuæ libertatis tuitionem primo fœdere ſeſe hoc anno inter ſe coniunxerunt. 5

6

7

DVO funeſta factionum nomina hoc tempore in Galliis celebratiſsima erant, nempe Armeniacorũ & Burgundionum. Burgundiones enim omnes Francos qui Carolo Delphino & deinde Regi adhærebant, Armeniacos à Comite Armeniaci nuncupabant. Franci verò omnes Ducis Burgundiæ partium fautores Burgundiones. 8 9

10

11

CONCILIVM Baſilienſe hoc anno inchoatum. 12

13

1433

LVDOVICVS tertius Andega-
uenſis Provinciæ Comes & Ioan-
nę Neapolitanę reginę ex adoptio-
ne filius, rebus feliciter & præclarè
1434 ad Neapolim geſtis obiit, nullis re-
lictis liberis: ob id Renatus eius fra
ter Ambari & Lotharingię Dux Du
catu Andium & Comitatu Provin-
ciæ auctus eſt.

BORBONII Dux Burgundioni
reconciliatus, effecit etiam vt Fran-
1435 corum & Anglorum regum atque
ipſius Burgundionis oratores de
pace acturi Attrebati convenerint:
vbi cùm Anglo ſatisfieri à Francis
nullo modo poſſet, Burgundioni
eorum quæ petiit nihil denegatum
1436 fuit. quare indignatio ſumta, quæ
Anglos Franciæ dominos fecerat,
eadem depoſita ab externo domi-
natu vindicauit.

RENATVS è Burgundionis cu-
ſtodia eductus, Neapolitanum bel
1437 lum ductu auſpiciiſq; ſuis gerit.

1438

EVGENII Pontificis nomine in
Concilio Baſilienſi damnato, Ame
1439 deus Sabaudiæ Dux ex Monacho
Pontifex Romanus creatus eſt, &
Felicis 4 aut 5. nomine nũcupatus.

AVRELIANENSIS Dux Burgun
dioni reconciliatur, ſocietáſq; & a-
1440 micitia inter eos inſtituitur, cùm
Aurelianenſis ex carcere Anglico
poſt 25. annos, opera Burgundio-
nis in patriam reſtitutus eſſet.
Re-

14

AMEDEVS Sabaudiæ Dux re-
rum mundanarum tædio affectus,
Eremo ſe dicauit ſex ſenioribus ex
ſuorum Nobilitate comitibus, cùm
filio ſuo Ludouico Ducatum ſuum 15
reliquiſſet.

16

CALETIVM à Burgundione Du
ce fruſtra obſeſſum.

IZABELLA Renati Andegauen
ſis vxor, virilis animi mulier, mari- 17
to adhuc captiuo res in Apulia ſtre-
nuè & fortiter gerit,

SIGISMVNDVS Imperator 5. id.
Decembris obiit. Ea de cauſa Ger-
mani proceres Albertum Auſtriæ 18
Ducem generum illius cal. Ianuarij
anni ſequentis Imperio præfecerũt.

19

ALBERTVS Romanorum rex
6. cal. Nouembris obiit: ex quo In-
terregnum menſium 2. dier. 4. 20

FRIDERICVS tertius Erneſti fi-
lius Auſtriæ Dux cal. Ianuarij, ſive,
vt alij malunt, 3. cal. Aprilis, Roma- 21
norum ac Germanorum rex deſi-
gnatus eſt.
Hen-

1440 22

1441 23

RENATVS amiſſa Neapoli contra Alfonſum in Galliam redire coactus.

1442 HENRICA Montisbelgardi Comitiſſa obiit, ſuperſtitibus ex Eberhardo Vuirtenbergenſi cõiuge ſuo tribus liberis ſuarum rerum hæredibus, Ludouico, Henrico & Vdalrico ſive Vlrico. Ludouici verò filius fuit Eberhardus. 24

1443 TIGVRINI ſocietate inita cum Auſtriacis, à fœdere Heluetico deficere viſi ſunt. Ideo Confœderati ductis ſuis copiis in agrum Tigurinenſem, magnam Tigurinorum & Auſtriacorũ qui illis auxilio advenerãt, ſtragẽ prope D. Iacobi Xenodochium ediderũt. Nec deſunt qui eos immani quadam rabie, occiſorum hoſtium cruorem ebibiſſe ſcriptum reliquerint. 25

26

1444 INDVCIIS inter Anglos & Francos compoſitis, Ludouicus Delphinus Regis filius, turmas militares, quibus ambo Reges vſi fuerant, in Heluetios duxit, ſive vt Concilium Baſilienſe diſsiparet, ſive vt Sigiſmundo Auſtriæ Duci morem gereret. Itaq; cùm capto Montis Beligardi oppido Baſilienſiũ fines attingeret, cum Heluetiis cõgreſſus ad quatuor illorũ millia occidit, cruenta tamen potitus victoria. Tandem autem cùm aſperitas locorum interiores eorum fines penetrare prohiberet, proximis evaſtatis in Galliam reverſus eſt.

1445 BELLVM Auſtriaci cum Baſilienſibus hoc tempore gerunt: anno autem ſequenti reconciliantur. 27

1446 28

1447 29

Anni Chriſti.			*Anni Ducum Burgund.*
1448			30
1449	FELIX V. Amedeus antea dictus, Papatum Nicolao Pontifici cedit.		31
1450			32
1451		HIC Amadius.	33
1452		AMEDEVS Sabaudus Pp. Felix antea dictus, admodũ longæuus, obiit mẽſe Ianuario Ludouico filio illius Sabaudienſem Ducatum iam exercente, & Philippo fratre illius Comitatum Geneuenſem.	34
1453	GANDAVENSES qui ſuo exemplo maximam Flandriæ partem ad rebellionem allexerant, Philippus Burgundiæ Dux cruento prælio fudit atque proſtrauit 11. calend. Aug.		35
1454			36
1455		ANGLI tota Gallia præter Calitio exacti.	37
1456	DELPHINVS à patre ſecedens ad Burgundiæ Ducem confugit.		38
1457			39
1458			40
1459			41
1460			42
1461	MAGDVNI Biturigum Carolus VII. Franciæ Rex obiit, & poſt illum Ludouicus vndecimus filius eius regnat. Fran-	Ludo-	43

Anni Christi.			Anni Ducum Burgund.
1462		LVDOVICVS ſecundus Sabaudiæ Dux obiit ſex filiis ſuperſtitibus:quorum maior natu Amedeus ei in Principatu ſucceſsit, cui Izabella Ludouici vndecimi Regis ſoror nupſerat.	44
1463			45
1464	FRANCIAE proceres à Rege alienati, quòd eos in nulla autoritate gratiave haberet, de eo in ordinem cogendò boni publici prætextu conſpirant, factioniſque ſuæ Biturigum Ducem Regis fratrem conſtituunt.		46
1465	CAROLVS Caroli Burgundiæ Ducis filius, in conſpiratorum auxiliũ primus copias ex ditionibus paternis eduxit, collatiſque ſignis cum Rege ad montem Lethericum 16. calend. Aug. conflixit. Et quòd Rex ſe à pugna ſtatim Lutetiæ receperit, Comes verò in prælij campo conſtiterit, victoriam reportaſſe ſibi viſus eſt. Inde Lutetia obſeſſa, Rege autem nihil non eorum quæ ab ſe petebantur concedente, pax Confluentina cum coniuratis tandem ſequuta eſt.		47
1466		BELLVM in Eburones & Leodienſes Burgundiæ Dux proſperè gerit.	48
1467	PHILIPPVS Burgundiæ Dux cognomento Bonus, 17. calend. Iulij Brugis obiit, Carolo Audace filio ſucceſſore relicto, qui eodem ferè tempore Leodium in fidem & deditionem accepit.		1
1468	REX ad colloquium Burgundionis Peronã profectus, per quoſdam dies magno cum periculo detentus eſt, & Leodium deductus, cuius etiam expugnationi & direptioni adfuit.	MVLHVSIANOS bello à Præfecto Ducis Auſtriæ impetitos Heluetij confœderati defendunt: tandem verò Palatini Comitis opera res componitur.	2
1469	LVDOVICO Vuirtembergenſi & Montisbelgardi Comiti mortuo Eberhardus filius in Comitatu Mõtisbelgardi ſuccedit.	CAROLO Burgundiæ Duci Sigiſmundus Auſtriæ Dux id omne ditionis quod cis & vltra Rhenũ in Comitatu Ferrettano, nẽpe in Sungoia, Briſgoia, & Nigra ſylua habebat, ingẽti põdere auri oppignera-	3

rauit. ideo Burgundus eis ſuo nomine Petrum Hagembachium prę-fecit, qui ſua tyrannide & ſęuitia odia omnium Heluetiorum Burgundioni conflauit.

1470 4

INTER Ludouicum Regem & Carolum Burgundum, cùm diu fuiſſent in armis, de pace actum maiore populorum ſtudio in præſentia (qui graue 5
1471 & diuturnum bellum perpeſsi otiũ reſpiciebant) quàm in poſterũ ſpe, vbi inter eos conueniſſet, diuturnam pacem firmámque fore.

1472 MORTE Caroli Aquitaniæ Ducis Ludouici Regis fratris bellum inter Regem & Burgundionem renouatur. Sed quantum illa Ludouici res ſtabilitæ fuerunt, tantum Burgundi magna viriũ acceſsione deſtituti debilitatæ. 6

1473 HENRICVS Henricæ Comitiſſæ Montisbelgardi ſecundus filius, Eberhardi & cæterorũ ſuorum nepotum conſenſu Montis Belgardi Comitatum obtinet: qui Vlrici pater, Chriſtophori verò auus fuit. 7

DE Pontificatu Agrippinenſium contentione exorta, Rupertum Bauarum ſibi fœdere & cognatione iunctum, & ab adverſariis pulſum, Burgundiæ Dux reſtituere conatus eſt, adeo vt Nuſsiam oppidum Coloniç propinquum ſuis copiis oppugnare aggreſſus ſit: id quod indignè paſſus Imperator exercitum 80. milliũ militũ è tota Germania coëgit. Nec tamen Burgundum, vt obſidionem ſolueret, niſi conventione facta cogere potuit, idque cùm annum obſidio tenuiſſet. Interim arte Franci Regis Sigiſmundus Auſtriæ Dux, poſitis odiis quæ inter illum & Heluetios intercedebant, fœdere iunctus eſt illis, & illorum ope Auſtriacus Ferretiam re non ſoluta recu- 8
